Fani
1508.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

155
1050

De Exemptione Castrorum Comitatus quondam Fani, et jurisdictione Civitatis Cap: XX

150/150
190/190

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Copiosa Sedis Apostolicæ benignitas fidelem, et devotos servos oculis respiciens gratiosis eis in suis opportunitatibus se consuevit liberalem, et propitiam exhibere. Sane dilectorum filiorum hominum, et habitatorum Montis Roti, Montis Berchi, Tractarum, Turris, Sancti Vin, Montis Soli, Sti Laurentii, Collisalti, Insulæ, Gualteraschæ, Rejorzaæ, Sti Bartoli, Barii, Ropulæ, Montebaroni, Orciani, Sti Georgii, Lubricariæ, et Plagiarum Castrorum Comitatus quondam Fani nobis exhibita petitio continebat, quod cum felicis recordationis Joannes Papa XXII Prædecessor noster adversus officiales, consilium, et commune civitatis prædictæ Fani propter rebelliones, et infidelitates aliqua de retranea crimina ab eisdem commissa, extraneos, et varios excessus contra Deum, et Romanam Ecclesiam perpetratos, procedens contra ipsos officiales, consilium, et commune, præter pœnas alias omnibus privilegiis, dignitatibus, et cuiuscumque conditionibus, per processus justitiæ exigere, privavit. Postmodum autem Prædecessor præfatus, certis causis ad hoc ipsum moventibus, volens in his mitius agere cum eisdem bonæ memoriæ Francisco Episcopo Florentino, et quondam Tadeo de Papia Thesaurario Ecclesiæ Adriatensis nunc Vicecomiti Marchiæ Anconitanæ, suas literas certis tenoris committit ut supradictos officiales, consilium, et commune sub certis modis, pactis, et conditionibus in literis ejusdem contentis plenius, et expressius a pœnis absolverent supradictis. Verum supradicti Episcopus, et Vicecomes super contentis in eisdem literis ad actum aliquod procedentes de voluntate, et consensu expressis Syndicorum, et Procuratorum præfatorum Officialium consilii, et communis, et ex certa scientia: ipsis quoque Syndicis, et Procuratoribus præsentibus, et approbantibus, ordinaverunt quod Castra prædicta, et quilibet eorum liberi remanerent, sicut existebant nunc Ecclesiæ Romanæ immediate subjecta, ab ejus jurisdictione, ac dominio prædictorum Officialium, consilii, et communis Fanensis, usque ad dictæ Sedis beneplacitum, franca, libera, et exempta. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat aliqui Tyranni Civitatis prædictæ Fanensis venire contra ordinationem hujusmodi, eosdem fratres Episcopum, et Vicecomes sicut præmittitur moliantes dictæ Castra, vel aliqua ex eis, suæ subjacere ditionis tyrannice servitutem nobis pro parte dictorum hominum, et habitatorum extitit humiliter supplicatum ut eis providere super his de opportuno remedio paterna diligentia curaremus. Nos igitur præmissis diligentius intellectis, et cordatis deliberatione, ac studiose ipsorum hominum, et habitatorum quos gesserunt hactenus ab eadem Ecclesia, et gerere student sicut relationem percepimus fide digna, benignis supplicationibus inclinati, Castra prædicta, et eorum quodlibet cum suis territoriis, et districtibus ab omni jurisdictione, potestate, dominio, et subjectione Comitatus Fanensis, ac officialium communis, et consilii prædictorum de novo usque ad eius Sedis beneplacitum eximimus: et ab eisdem, sicut nunc sunt, franca, libera, et exempta, et eidem Ecclesiæ Romanæ, ac Rectori Marchiæ prædictæ qui nunc est, et pro tempore fuerit, immediate subjecta volumus, et decernimus remanere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, voluntatis, et constitutionis infringere, vel eius ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Sancti Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avenione decimo septimo Kal: Februarii Pontificatus nostri Anno Septimo

Vide in prot. Iranno Lit: V: Cap: 157:

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

S-27-№ 749

Le pene contenute nel presente statuto, parte sono composte a libra, e parte a soldo

La pena a libra si averte, che ogni libra sono bajocchini diecinove Ducti, che Bni fanno

baj: dodici tre quattrini, e un terzo - - - - - - - - - - - - baj: 12: 3: $\frac{1}{3}$

Ogni dieci soldi poi compongano di moneta vecchia di Fano bajocchini nove e mezzo.

che Bni sono baj: sei, un quattrino, un terzo, e un sesto - - - baj: 6: 1: $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{6}$

Terminazione de Cappelli una volta di Fano = lib: 5: Cap: 152: pag:

P. Hubay
a 27 mai 1862
fr. 35.

Impressi per Girolamo Soncino 1508

155
1050.

lib: 5. Cap. 62. 25. 33. 1. $\frac{2}{3}$

Comprato in Aprile 1839

Statuta hec sunt [illegible] Fani

STATVTA CIVITATIS FANI

Dñs Antonius Negusantius Ciuis Fañ. Iurisconsultus ꝓclarissimus.

Iusticia constant Vrbes/mortalia crescunt:
Nilq; homini utilius Iuppiter ipse dedit.
Sed quia decliuis uitio uia panditur omnis
Pronius humanum est in mala cuncta genus
Hinc populus Regesq; prius & iura Senatus
Condidit/& tabulas attica terra decem.
Multa tamen desunt/& cuncta negocia lites
Inuoluunt/sceleri curia tota uacat.
Hoc animaduertens Fanensis terra libellum
Hunc dedit/hic lector singula iura leges.
Hunc emat & ciuis/prætor/Legumq; peritus:
Istud opus mores sanctaq; Iura docet.

Camillus Damianius Fanestris Ad Lectorem.

Viuebant homines quõdam sine lege/sine Vrbes:
Velle suum fuerat Lex quibus:antra domus.
Mœnia paulatim subiere:& libera tandem
Legibus/ & sancto colla dedere iugo:
Quæ simul in uarias post sæcula plurima partes
Distractæ:populi ius tenuere suum.
Vt Fanum ingeniis/doctrina/uiribus/ auro:
Iuris ita emicuit municipalis honor.
Quicquid opus fuerat per mille uolumina legũ
Quærere:in hoc paruo Codice lector habes.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

8-27-

TABVLA

¶IN nomine dñi Amen. Incipiũt Rubricæ Statutorꝫ phani. Et primo Rubricæ primi libri uidelicet.

¶De die dñico & aliis solenibus festiuitatibus aliquo seruili opere non uiolandis: sed deuotissime celebrandis capit .i.
De solemnitate celebranda in festo corporis christi cap. ii.
De festiuitatibus aliorum sanctorum celebrandis. cap. iii.
De inquisitione facienda ne heretici uel alii fide suspecti in ciuitate phani morentur. cap. iiii.
De priuilegiis sancti Paterniani manutenendis. cap. .v.
De uno bono uiro eligendo ad exigẽdũ relicta cũ dño episcopo & canonicis phani & faciendũ quæ continent in statuto. cap. vi.
De relictis & promissionibus factis pontibus & aliis piis locis ab hæredibus soluendis. cap. vii.
De lignis a flumine Metauri & eius littore & mari ut continet in statuto pro utilitate pontium accipiendis. cap. viii.
De officio & iuramento potestatis & suorum officialium capi. ix.
Q d' officiales in eorũ officiis ultra sex menses nõ morentur capi. x.
De syndicatu potestatis & aliorum officialium Fani & Capitanei comitatus dictæ ciuitatis. capitulũ .xi.
De consilio generali communis phani & eius ordine. capitulũ .xii.
De consilio speciali communis phani & eius ordine. capitulũ. xiii.
De officialibus ad breuia eligendis in consilio generali cõis fani. C.xiiii
De electione quattuor notariorum ad bãchum tribunalis ciuilium causarum communis phani. capitulũ decimũqntũ.
de officialibus eligendis in consilio speciali. capitulũ decimũ sextũ.
de deueto officialium ciuitatis phani. capit. decimũseptimũ.
de officio quattuor æstimatorum communis. capit. decimũoctauũ.
de officio approbatorum communis. capitulũ decimũ nonũ
de officio capitaneorũ super piscibus & eorum notario. cap. .xx.
de officio capitanei super uiis & pontibus & eius notarii. cap. xxi.
de officio capitanei super fornariis & fornaciariis. cap. xxii.
de officio capitanei super molendinariis. capitulum. xxiii.
de officio capitanei super uictualibus. capitulũ. xxiiii.
de officio notarii super cancellatione cõdemnationũ. capitulum. xxv.
de officio amici cõmunis. capitulum. xxvi.
de officio notarii gabellarum capitulũ. xxvii.
de officio superstitis & notarii catastorũ Fani. capitulũ. xxviii.
de officii officialium pensæ frumenti. capitulum. xxix.

Lib. 5. Cap.

Q uod nullus qui portat granum ad macinandum audeat dictum granum portare nisi primo illud ponderari fecerit & inde bullettam receperit. Capitul. xxx.
De reportatione farinæ. capitul. xxxi.
De pãno portãdo sup dorso aĩalis granũ uel farinã portãtis. capit. xxxii.
De officio molendinariorum & pistrinariorum. capit. xxxiii.
De officio officialis bullæ beccharię cap. xxxiiii.
De officio sprocanorũ ciuitatis phani. capit. xxxv.
De officio æstimatorum carniũ bouinaꝝ a beccharia capit. xxxvi.
De officio superstitis super laboreriis cõmunis capit. xxxvii.
De officio duorum superstitum communis cum socio milite potestatis ad cursus paliorum. cap. xxxviii.
de officio massaroli cõmunis phani & eius salario cap. xxxviiii.
de officio officialis super bullis & iustificationibus ponderum & mensurarum cõmunis phani & eius salario. capitulũ. xl.
de duobus prosenetis hũdis i ciuitate Fani & eoꝝ officio. capitul. xli.
de occultatiõe hebreorũ tempore passionis dñi nri iesu xpi. capi. Xlii.

¶Incipiũt Rubricæ secundi Libri causarum ciuilium.

¶De potestate & arbitrio domini potestatis phani. Cap. primũ.
De iurisditione militis potestatis in ciuilibus & extraordiariis. capit. ii.
De arbitrio & potestate Capitanei generalis comitatus Fani cognitionẽ habentis in causis ciuilibus. capitulũ. iii.
De pœna nõ parentium mandatis domini potestatis & aliorum officialium ciuitatis & comitatus phani. capitulũ. iiii.
In quibus causis & casibus extraordinarie procedatur. capitulũ. v.
De causis & casibus in quibus ordinarie procedi possit. capitulũ. vi.
De modo & forma citationis fiendæ. capitulũ. vii.
De securitate uenientium ad curiã officialiũ cõis Fani. capitulũ. viii.
Q uod non suppositi iurisditioni cõis Fani contra ciues nõ audiantur nisi satisdent & de satisdatiõibus præstandis. capitulũ. viiii
Q uod forensibus non prosint beneficia statutorum cõis phani in præiudicium communis uel subditorum phani. capitulũ. x.
De procuratoribus in ciuilibus admittendis capitulũ. xi.
De exceptionibus habentibus impedire litis ingressum. capitulũ. xii.
De litis cõtestatione & sacramento calumniæ capitulũ. xiii.
De positiõibus in iudicio fiendis & de earũ responsiõe. capitul. xiiii.
De probationibus. capitulũ. xv.
De testibus. capitulũ. xvi.

De iureiurãdo & ſacramẽto deferendo a parte parti in iudicio ſeu etiã a iudice parti in ſupplementum probationis. Cap. xvii.
De inſtrumẽtis in iudicio productis & exhibendis & ipſorum regiſtratione in actis facienda & eorum reſtitutione. Cap. xviii.
De in integrum reſtitutione concedenda. Cap. xviiii.
De mõ,pcedẽdi cõtra abſentẽ ſeu cõtumacẽ & de tenutisdãdis.Ca. xx.
De ſequeſtratione. capitu. xxi
De pignorationibus faciẽdis & uſq; ad quã quãtitatem poſſint pignora capi Et de modo & ordine in pignorando ſeruando capitu. xxii.
Quod bona emphiteotica cedant in obligatione bonorum & in tenutam capi poſſint in ſolutum a creditoribus. capit. xxiii.
De inſtantia cauſæ principalis, et peremptione capitul.xxiiii.
De feriis & diebus feriatis. capitul. xxv.
Quibus diebus & horis poteſtas & eius iudices Vicarius appellationũ & alii officiales cauſarum ſedere debeant pro iure reddẽdo: & de campana hora iuris pulſanda. capitul. xxvi.
Q d' filiatio ſeu paternitas ſiue fraternitas priorat⁹ Abbas abbatiſſa ſeu officium non negetur. Et de pœna negantis. capitul.xxvii.
Quod uictus uictori in expenſis condemnetur. capit. xxviii.
De modo & forma obſeruanda in cõtractibus minorum. capit.xxviiii.
Q d' mulieres nuptæ ſe obligare non poſſint præter formam infraſcriptam. capitulũ xxx.
Q d' creditor cõpellatur debitori reddere inſtrumentum. capitul. xxxi.
De executione publici inſtrumenti uel chyrographi. capit. xxxii.
De inſtrumentis feneratorum. capit. xxxiii.
De modo & forma ſeruãda in teſtamentis feneratorum.capit. xxxiiii.
De mõ & forma ſeruãda p feneratores i pignorib⁹ diſtrahẽdis.cap.xxxv
De inſtrumentorum præſcriptione. capit. xxxvi.
De mõ & forma adipiſcendæ poſſeſſionis rei ĩmobilis infra certum tẽpus permutatæ uenditæ uel donatæ. capi.xxxvii.
De ꝓhibitione cõtractuũ ſimulatorum & fraduloſoꝝ capit. xxxviii.
Quod ille pro quo quis fideiuſſerit uel ſe obligauerit cõpellatur liberare fideiuſſores. cap. xxxviiii
Q d' fideiuſſores habeãt bona principaliũ obligata. capitulũ. xl.
De nõ mutuãdo alicui pecuniam ad azardum. capitulũ. xli.
De inſtrumentis per notarios complendis & in eorum protocollis extẽdendis & per partes reluendis. capitulũ.xlii.
Q d' nullus ciuis Fani recipiat ceſſionẽ cõtra ſuũ cõciuẽ. capitul. xliii.
De bñficio fideiuſſorum & duorum reorum. capit. xliiii.

Quod poſſeſſio pſonæ defunctæ in hæredes intelligat' cõtinuata abſq; corporali appẽhẽſione. capitulũ .xlv.
Q d' q cõtraxerit uel arras dederit nõ poſſit diſcedẽ a cõtractu. ca.xlvi.
De lucro dotis faciẽdo p uirũ muliere pdecedente in matrimonio & de reb⁹ eidẽ mulieri trãſmiſſis i matrimõio nõdũ p carnalẽ copulã cõſumato.ca.xlvii.
Q d' extãtib⁹ filiis ex prio matrimõio mulier alteri⁹ matrimonii nõ poſſit ſeu ualeat iequaliter teſtari iter eos. capit.xlviii.
De cõpromiſſis fiẽdis iter affines & cõiunctos uſq; ad q̃rtũ g̃dũ.ca.xlix.
De ſuſpectis & fugitiuis capitulum.l.
De officio aduocatorum & procuratorũ & eorum ſalariis. capitulũ .li.
De ĩmunitatibus & priuilegiis aduocatorũ ſeu iudicũ atq; pcuratoꝝ notariorũ Medicorũ & magroꝝ grãmaticæ rhetoricæ & loicæ.cap. .lii.
De modo & forma & ordine librorũ mercatorũ. capitulũ. liii.
Q d' libris mercatorũ det' fides uſq; ad certã quãtitatẽ. capitul.liiii.
De his qui bonis cedere uolunt. capitulũ .lv.
quod nullus cõtra rectores uel officiales Fani opponat illos nõ fuiſſe officiales. capitulũ. lvi.
De matricula aduocatorũ ,pcuratorũ & notariorũ. capitulũ.lvii.
De mõ & forma & ordie,ptocolloꝝ notarioꝝ ciuitatiſ Fani.cap lviii.
De nouis ciuibus recipiendis capitulũ. lix.
De ,ptocollis notariorũ defunctoꝝ i publicã formã redigẽdis.capit. lx.
De ĩmunitate uenientium ad habitandũ in ciuitate Fani. capitulũ .lxi.
De ĩmunitatibus tõbariorũ hoinũ Fani & eius diſtrictus capitulũ.lxii.
quod laboratoribus ſoluatur in ſero. Cap. lxiii.
De locatiõib⁹ domoꝝ & cottumis beſtiarũ & affictib⁹ poſſõnũ & aliarũ reꝝ. ca.lxiiii.
Q d' extãtib⁹ maſculis ab inteſtato fœminæ nõ ſuccedãt. capit. lxv.
De ſucceſſionibus ab inteſtato & inteſtabilium. capitul. lxvi.
De ſententiis executioni mandandis. capitul. lxvii.
De capitibus ſolidorũ non tollendis a ciuibus uel comitatiuis uel ſcolis uel habitatoribus ciuitatis uel comitatus Fani. capit. lxviii.
De ſolutione faciẽda militi ſocio & familiæ poteſtatis & plazariis in executiõibus faciendis in ciuilibus. capitul. lxix.
De non alienando aliquam rem litigioſam. capitulũ.lxx.
De pretio ſtati ſoluẽdo ubi non fuerit terminus cõſtitut⁹ capitul. lxxi.
De ꝓtio uini & olei ſoluẽdo ifra.xx.dies ad plus a die datæ arræ.ca.lxxii.
De credẽdo illis qui miſerint laboratores pro quanta parte diei defecerint laborando. capit. lxxiii.
De non exiſtendo tutor uel curator pupillorum uel adultorum ciuium Fani niſi fuerit continu⁹ habitator Fani. capit. lxxiiii.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

De donationibus legendis in cõsilio generali. Capit. lxxv.
De officio & mercede notariorum banca: & de mercede & lucro notariorũ phani de rogitis & instrumentis Capit. lxxvi.
qd' forẽses tractẽt' Fani eo iur quo Fanẽsis tractabit' i terra forẽsis. ca. 77.
De assessore uel cõsultore dãdo. Cap. lxxviii.
Quod capitaneus castrorum comitatus Fani teneatur exigere gradus & collectas ad cõmune Fani spectantes. capitul. lxxix
De emolumentis tubatorum communis phani. Capit. lxxx.
De pœna petentis plus debito uel debitũ iam solutũ capitul. lxxxi.
De re ecclesiastica nõ recidenda ꝓpter pensione nõ solutã. capit. lxxxii.
De appellationibus. capit. lxxxiii.

¶ Incipiunt Rubricæ tertii libri. de Criminalibus.

¶ De arbitrio & potestate ptãtis ciuitatis Fani eiusq; Vicarii seu iudicis maleficiorum in criminalibus. Cap. primũ.
De qb⁹ delictis seu maleficiis ꝓcedi possit p inqsitionẽ. Cap. secũdũ.
De quibus criminibus per accusationẽ procedi possit. Capitulũ. iii.
de his qui possunt accusare & de pœna accusatoris nõ ꝓbãtis. cap. iiii.
de maleficiis denunciandis. Capitulũ. v.
de mõ forma & ordine ꝓcedẽdi in criminalibus. Capitulũ. vi.
de citationibus & bãnis faciendis in causis criminalibus & modo & forma citandi & bãniendi. Capitul. vii.
Q d' criminalib⁹ nulla excæptio hẽat ipedir' ꝓcessus ĩgressũ. Capit. viii.
de copia accusatiõis denunciationis seu inquisitionis ad cameram trãsmittenda. Capit. viiii.
de ꝓcuratorib⁹ & defẽsorib⁹ admittẽdis ĩ cãis crimialib⁹. Cap. decimũ
de adultis & filiisfamilias ĩ causis criminalibus admittẽdis. Capitulũ. xi.
de copia accusationum & excusationum testium & aliorum actorũ litigantibus de maleficio exhibenda. Capitulũ. xii.
de abolitione concedenda in causis criminalibus. Capitul. xiii.
de testibus admittendis in causis criminalibus. Capit. xiiii.
de probationibus faciendis in causis criminalibus. Capitul. xv.
de probatione famæ & consociorum in criminalibus. Capitulũ xvi.
In quibus casibus possunt delinquentes torqueri. Capit. xvii.
de tempore & hora reddendi iura in criminalibus. Capit. xviii.
Q d' notarius maleficiorum scribat omnia & singula acta & scripturas in causis criminalibus in ei⁹ libris & de copia parti dãda. Capitul. xix.
de instãtia & tẽporib⁹ terminãdoꝝ ꝓcessuũ ĩ criminalib⁹. capitulũ. xx.
de sententia ferenda in criminalibus. capitulũ. xxi.
qd de pœnis nõ ꝓuisis a statuto de similib⁹ ad similia ꝓcedat'. capi. xxii.

de mitigatione pœnaꝝ propter confessionẽ pacem & solutionẽ in termino: & de pace faciẽda per cõmũe phani in defectũ offensi. cap. xxiii.
de augumẽtatione pœnarum ex certis causis. capit. xxiiii.
de pœna offẽdẽtiũ subditos cõis Fani extra comitatũ seu districtũ. c. xxv
de homicidiariis & assassinis & qb⁹ ꝓrib⁹ tollat' legitima homicidarũ filiorũ in ipsorũ patrum uita. capitul. xxvi.
de pœna uenenãtium seu tossicantium aliquem. capitul. xxvii.
de pœna amputantium seu debilitãtiũ alicui membra. capitul. xxviii
de pœna percutientiũ & offendentiũ ĩ psona sine armis capitul. xxix.
de pœna insultãtiũ seu euaginãtiũ arma & adminãtiũ cũ eis. capit. xxx
de uerbis iniuriosis. cap. xxxi.
de pœna blasfemantium deum & alios sanctos & sanctas dei: & de non iurando per corpus dei. capit. xxxii.
de pœna blasfemantium carboncellũ & similia. capit. xxxiii.
d pœna ꝓcutiẽtiũ seu uitupãtiũ figuras & imagies dei & scõꝝ. ca. xxxiiii
de pœna ponentiũ ad ostiũ alicui⁹ cornua seu aliquid turpe uel aliquã cedulam seu scriptam & carmen diffamatorium. capit. xxxv.
de furtis latrociniis & robbariis. capitul. xxxvi
de pœna iferẽtis alicui uiolẽtiam expulsiuã turbationem seu compulsiuã. capitul. xxxvii.
de priuatis carceribus. capit. xxxviii.
de crimine falsi. capitul. xxxix
de pœna perhibentis falsum testimonium. capitulũ. xl.
de pœna utentis falso instrumento. capitulũ. xli.
de pœna faciẽtiũ seu expẽdẽtiũ falsam monetã. capitul. xlii.
de pœna incendiarii. capitul. xliii.
de pœna adulterii. capitul. xliiii.
de pœna cognoscentis aliquã pedisequã in domo dãi. capitulũ. xlv.
de pœna incestus. capitul. xlvi.
de pœna stupri. capit. xlvii.
de pœna raptus capit. xlviii.
de pœna sodomiæ. capitul. xlix.
de pœna coniugatoꝝ tenentium concubinam. capitulũ. l.
de pœna percutientium cum armis. capitulũ. li.
de incantatoribus incantatricibus & maleficis. capitulũ. lii.
de pœna portantium arma capitul. liii.
de licentia delationis armorum nemini cõcedenda capitul. liiii.
de proditoribus & rebellibus ciuitatis Fani: Ipsam ciuitatẽ comitatũ & districtum prodere uolentibus. capitulũ. lv.
de tentãtibus ꝙ ciuitas Fani suum perderet comitatum & inobedientib⁹ dictæ ciuitatis & collectas soluere recusantib⁹. Cap. lvi.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. MECHNIKOBA

De pœna intrantiũ ciuitatẽ Fani castra uel eius fortilitia aliũde q̃ p portas seu de eis exeuntium. Capit. lvii.
De pœna frangentiũ carceres cõmunis Fani Capitul. lviii.
De pœna offendentium carceratos. Capit. lviiii.
De officio custodũ carcerum. Capitulũ. lx.
De carceribus uisitandis per uicariũ potestatis. Capitulũ. lxi.
De pœna eripientis aliquẽ de manibus familiæ ptãtis. Capitulũ. lxii.
De pœna frangẽtis pacẽ Capitu. lxiii.
De hostibus & rebellibus cõis phani. Capit. lxiiii.
De bãnitis cõmunis phani impune offendendis. Capitulũ. lxv.
De pœna receptantium exbãnitos cõmunis phani. capitul. lxvi.
De lucro & præmio capientium exbãnitos. capitul. lxvii.
De bãnitis nõ cancellandis seu eximendis de bãno. Cap. lxviii.
De malefactoribus capiendis. Capit. lxviiii.
De hæreticis/ assasinis/ lenonib⁹: sodomitis & lusorib⁹ falsorum taxillorum de ciuitate expellendis. capitulũ. lxx.
De pœna facientium cõuenticulam seu parlamentum seu guarnimentum in ciuitate uel districtu phani. capitul. lxxi.
Q d ptãs q,p tẽpe fuerit teneat discordias & odia q̃ sũt & erũt iter ciues comitatiuos & subiectos tollẽ & ad pacẽ reducẽ ne ide maleficia orian-
Q d ptãs teneant facẽ fieri paces inter ciues comitati- (tur. Ca. lxxii.
uos seu districtuales Fani quotiẽs occurrerit fieri aliq̃ offensã seu aliqd maleficium. Capit. lxxiii.
De pœna faciẽtis tumultũ uel seditionẽ ĩ ciuitate Fani. capit. lxxiiii.
De pœna ludentium ad ludum azardi. Capitul. lxxv
De pœna eũtiũ de sero post tertium sonũ campanæ. Capit. lxxvi.
De pœna sagittantium balistantium uel pallostantiũ & proiicientiũ & ad mãdarellã ludentiũ p ciuitatẽ & burgos Fani Capit. lxxvii.
Q uod patres pro delictis filiorũ non grauentur. Capit. lxxviii.
De mãdãtib⁹ & p̃bẽtib⁹ auxiliũ cõsiliũ uel fauorem. Capit. lxxix.
de herbarolis & aliis ædificiis sub stratis nõ fabricãdis neq; hũdis. c. lxxx
De securitatibus dandis ab his a quibus offensa timetur. Capitul. lxxx.
De pœna capientium columbos. Capi. lxxxi.
de pœna periurii. Capit. lxxxii.
de pœna mouẽtiũ termios uel aquæ cursũ ĩpediẽtiũ uel mutãtiũ. Ca. 83.
de domibus nõ destruendis & pœna destruẽtiũ domos. Cap. lxxxiiii.
de pœna offẽdẽtiũ ptãtẽ uel ei⁹ iudicẽ uel aliquẽ d ei⁹ familia. C. lxxxv.
Q uod facta condẽnatione de crimine seu delicto amplius ciuiliter agi nõ possit ad uindictam. Capi. lxxxvi.

De pœna officialiũ aliquid accipientiũ seu extorquentiũ aliter q̃ sit a statutis expresse concessum. cap. lxxxvii.
Q uod solutiones condemnationũ & ,pcessuum fiant & fieri debeant depositario cõmunis Fani. capi. lxxxviii.
Q uod potestas Fani teneatur facere exigere omnes condẽnationes ad suum officium spectantes. cap. lxxxviiii.
De salario notariorũ deputatorũ super cancellationibus condẽnationũ tam in maleficiis q̃ in damnis datis. cap. xc.
De fideiussoribus approbãdis in causis maleficiorũ: & in aliis qbuscũq; causis cõi spectantibus per approbatores cõis Fani. capi. xci.
De mulieribus inhoneste uiuentibus. capi. xcii.
Vt nullus officialis nec alius quiuis de familia potestatis ingrediat domum alicuius post tertiũ sonum campanæ. cap. xciii.
Licet qs dixerit ptãti Iudici uel aliis officialibus quibuscũq; ciuitatis Fani: Tu nõ facis mihi ius: non propterea cõdemnetur. cap. xciiii.
De non minando alicui qui dederit petitiões contra ptãtẽ & alios officiales Fani. cap. xcv.
De pœna medicantium sine licentia. cap. xcvi.

Incipiunt Rubricæ Q uarti Libri damnorũ datorũ.

De electione officialis damnorum datorum. cap. i.
De arbitrio & ptãte officialis prædicti eiusq; officio & iurisditõe & de fauore sibi exhibẽdo p curiã ptãtis & aliorũ officialiũ Fani. cap. ii.
De circa fienda per officialẽ: & q̃ credat sibi de inuentionibus per ipm factis in damnis datis. capi. iii.
De forma & modo super accusis denunciationibus & inuẽtionibus dãnorum datorum procedendi. cap. iiii.
De solutionibus & emolumẽtis illis quas & quæ officialis prædictus p cipere possit impune ultra salarium sibi deputatum. cap. v.
De custodia possessionũ & fructuũ ciuitatis comitatus & districtus Fani & de gualdariis & eorum officio. cap. vi.
De his q possunt accusare ,p eoꝝ interesse: & mõ & forma accusandi & infra q̃tũ tẽps & usq; ad q̃tũ credat accusanti de æstimatiõe dãni. ca. vii.
De his q de dãnis datis accusari pñt: & ,p eis tenent & obligant. ca. viii.
De dãnis datis psonalẽ & ab aĩalib⁹ quoꝝ malefcõres ñ repirent. ca. ix.
Q uod usq; in quãtitatẽ. xx. sol. teneant gualdarii dãna emẽdare: si malefactores dãnoꝝ & furtoꝝ factoꝝ in possessionib⁹ nõ reperiãt. ca. x.
De renunciatione accusationis. cap. xi.
De testibus admittendis in causa damnorum datorum. cap. xii.
Q uod nemo audeat uel præsumat nomen suũ celare seu mutare & de

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

indicatione damnũ dantis fienda & cõtrafacientis pœna. ca.xiii.
de pœna faciẽtis fraudulosam accusam uel denunciam. cap. xiiii.
de salario & imunitate gualdariorũ seu custodum possessionũ ciuitatis uillarum & castrorum Fani. cap.xv.
de alienæ iurisditionis damnum dãtibus cum eorum animalib⁹ infra confines territorii & districtus Fani. cap.xvi.
de bobus nõ dimittẽdis ire dissolutis & non ligatis de nocte sine custode a medio mense Martii usq; ad Kalendas Iunii. capi.xvii.
de laboratoribus potatoribus factoribus & truncatoribus uineaꝝ uuarum pistoribus q̃ non portent extra uineas ligna:uites:uuas: nec alias res eorũ propria uoluntate nisi de domini licentia. cap.xviii.
de custodibus ponendis a cõuicinis ne anseres dãnum inferãt in bladis & segetibus seminatis in plano Fani & marottæ. cap.xix.
de igne in stipulis siue saudis nõ mittẽdo sine licẽtia officialis damnorũ datoꝝ præterq̃ in goluppatis:Nec mittat' ignis ĩ mõdezariis. ca.xx.
de nõ mittendo linũ nec ullã aliam putredinẽ:nec piscũ intossicationẽ in arzilla aliquo tpe:nec in aliis locis prohibitis. cap.xxi.
Q uod liceat aĩalib⁹ pascuare in stipulis & in saudis:& in aliis locis nõ damnosis ut in statuto infrascripto continetur. capi.xxii.
Q d uuæ nõ portẽt' ad ciuitatẽ añ tps uidemiaꝝ & pẽa portãtiũ.c.xxiii.
de nõ faciẽdo fenũ herbã & ligna incidẽdo in terra aliena fraudulẽter sub spe acquirẽdi ius & tenutã eius quod suũ non est. cap. xxiiii.
de dãnis datis in uineis psonaliter & cũ animalibus & de animalibus tenendis ligatis per laboratores. capi.xxv.
de dãnis datis ĩ hortis psonaliter & cũ aĩalibus. cap.xxvi.
de dãnis datis psonaliter & cũ aĩalib⁹ in siluis fractalib⁹ paleariis oliuetis:cannetis & uincaretis. cap.xxvii.
de damnis datis personaliter & cum animalibus in campis pratis seminatis & de spigatoribus & de metentibus granũ & bladũ. cap.xxviii.
de porcis non pasculandis in pratis ullo tempore. cap.xxviiii.
de dãnis datis psonalĩ ĩ genestretis buschis:sterpetis & uitettis. cap.xxx.
de incisione arborũ domesticaꝝ fructiferaꝝ & nõ fructiferarũ & ab ædificio uel nõ & de ramis pẽdentibus sup possessiõe cõuicini. cap.xxxi.
de transeuntibus per possessiones psonaliter & cũ bestiis & suarcãtibus sæpes & replentibus fossatos. cap.xxxii.
de damnis datis tẽpore guerræ. cap.xxxiii.
Q uod omnes ciues & districtuales Fani possint accusare damna dantes in possessionibus sitis extra territoriũ Fani in q̃buscũq; territoriis & iurisditionibus essent. cap.xxxiiii.

De pœna gualdariorũ & custodum damna dantium. cap.xxxv.
De animalib⁹ laboratorũ possessionũ & dominorũ ipsarũ possessionũ non denunciandis:accusandis:nec per inuentionẽ scribẽdis.ca.xxxvi.
De modo procedendi in casibus non determinatis. capi.xxxvii.
De pignoribus accipiendis ꝓ damnis datis. capi.xxxviii.
De tempore expeditiõis quæstionum damnorũ datorum. cap.xxxix.
De iniuste inuentis: accusatis:uel denũciatis q̃ cancellentur libere eorum processus. capitulũ.xl.
De ꝓhibita accusationis:denunciationis seu inuentionis cãcellatione prius q̃ damnum illud passo fuerit emendatum. cap.xli.
Q ũo cãcellari debeãt accusæ ꝓcessus & ꝏdẽnatiões in dãnis datis.c.xlii.
De animalibus sine custodia repertis & de uulnerãtibus & interficientibus ipsa animalia. capi.xliii.
De allegantibus habuisse licentiam. cap.xliiii.
De panteriis. cap.xlv.
De rumpentibus conductũ fontis & uallatum cõmunis. ca.xlvi.
De amygdalis non factis & ĩmaturis non colligẽdis nec exportãdis causa uendendi. cap.xlvii.
De uolentibus facere prata. cap.xlviii.
De pœna animaliũ quadrupedũ intrãtiũ morantiũ & pascuantium in foueis & ripis ciuitatis Fani & de hortis in ipsis nõ fiendis.cap.xlviiii.
Q uod officialis dãnorũ datorũ Fani teneat' exigere & executionẽ facere de omnibus condẽnationibus damnorũ datorum. cap.l.

¶ Incipiunt Rubricæ Q uinti Libri de extraordinariis.

De plazariis & nuntiis cõmunis Fani & eorum officio. cap.i.
De electione arbitrorum contratarum & eorum officio. cap.ii.
De munitionib⁹ cõis p amicũ eiusdẽ conseruandis. capi.iii.
Q d' nulli⁹ officialis Fani accipiat in solutũ de reb⁹ cõis Fani. cap.iiii.
De nõ detinẽdo fraudulẽter & dolose de bonis cõis. cap.v.
De nõ alienãdo nec occupando aliquã uiam ciuitatis Fani nec eius comitatus uel districtus. cap.vi.
De personis uendentibus pisces recentes. cap.vii.
De modo & ordine seruando in uendendo pisces. capi.viii.
De restitutione bonorũ ablatorum cõmuni & inquisitione fienda per potestatem uel eius Vicarium circa hoc. cap.viiii.
De fideiussoribus cõmunis Fani. cap.x.
De bonis pontis metauri & hospitalis dom⁹ dei & iurib⁹ eoꝝ. ca.xi.
De possessionibus & rebus põtis metauri & hospitalis domus dei immobilibus non alienãdis sine licentia consilii generalis. cap.xii.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

de artibus fideliter faciendis ſiue exercendis. capítulũ.xiii.
De ſpeciariis & eorũ arte legaliter exercenda. cap.xiiii.
De põderib⁹ & peſectis mercatorũ & campſorum. cap.xv.
De paſſo mercatorũ uẽdẽtiũ pannũ ſiue pignolatũ uel pãnũ lini.ca.xvi.
De ſtateriis merciariorũ:ſpeciariorũ:beccariorũ & aliorũ artificũ. c.xvii.
de belantiis & belanciolis aurificum ciuitatis Fani. cap.xviii.
De eodem. cap.xix.
de arte pignolatorum & bambaſii. capi.xx.
de carnib⁹ ſilueſtrib⁹ nõ uendẽdis alibi q̃ in cãpo & platea cõis.ca.xxi.
de circhis ligneis uincis & ſimilibus non emendis per triculos cauſa reuendendi. capi.xxii.
de portantibus circulos ad uendendum. capi.xxiii.
de calcinariis non habendis & pellibus non aptandis iuxta aliquem puteum per decem perticas. cap.xxiiii.
de ponderibus & peſectis in cõmune habendis. cap. xxv.
de beccharíis & eorum officio. capi.xxvi.
de non inflando aliquam beſtiam. capi.xxvii.
de beſtiis mortuis non deferendis ad ciuitatem niſi modo & forma infraſcriptis. capi.xxviii.
de gualmedrio ſeu podumo omni menſe fiendo. capi.xxix.
Q uod nulla tricula uel alia perſona emat oua:bladum uel alia uictualia ante nonam cauſa reuendendi. capi.xxx.
de paſſo ferreo habendo. capi.xxxi.
de panno lanæ & lana non pignorandis. capi.xxxii.
Q uod ſartores non poſſint pignorare pannos. capi.xxxiii.
de panno bigelli & agnellini. capi.xxxiiii.
de ſartoribus & giupponariis. cap.xxxv.
de laboratorib⁹ terraꝝ uineataꝝ & aratiuaꝝ & de tpe laborerii.ca.xxxvi.
De prezarolis & eorum mercede & de ſalario ſeu mercede aſinariorum carizatorum & bubulcorum. capi.xxxvii.
Q uod carratores conducentes currus per ciuitatem Fani tenere debeant manum ſuper temonem & aſinarii poſt ſomeriũ. cap.xxxviii.
de ſalario magiſtrorum lignaminis & muratorũ ſiue lapidũ. cap.xxxix.
de ſalario ferratorum & fabrorum. capi.xl.
de ſalario & mercede ſartorum. capi.xli.
de aurificibus. capi.xlii.
de calce & geſſo. capitulũ.xliii.
de forma lapidum & cuppárum. cap.xliiii.
Q uãtũ uẽdãt miliaria lapidũ cupparũ planellarũ & q̃drellorũ.ca.xlv.

de piſtoribus & panem uendentibus. cap.xlvi.
de fornariis & eorum ſalario cap.xlvii.
Q uod nullus utatur barilibus non bullatis. cap.xlviii.
de cimatoribus pannorum. cap.xlix.
de his quæ prohibita ſunt calzolariis. cap.l.
de his quæ prohibita ſunt pelliparíis. cap.li.
de nõ proiiciẽdo aliquã imũdiciã ſeu putredinẽ ſeu aĩalia mortua ĩ plateis ſeu viis ciuitatis & burgorũ fani:nec ĩ cloacis:nec ĩ foueis cõis.ca.lii.
de aqua oliuarum non proiicienda in uiis. cap.liii.
de aqua broaldorum non proiicienda in uiis. cap.liiii.
de p̃conizãdo quolibet die Veneris ut plateæ ſpazent̃. cap.lv.
Q uod nullus trahat uel exportet granum:farinam uel bladum extra diſtrictum Fani. cap.lvi.
de puteis remundandis & ſeligandis per homines illarum cõtratarum in quibus ſunt & illis utuntur. cap.lvii.
de uiis uicinalibus aptandis. capi.lviii.
Q uod quicunq; fecerit foſſatũ ad eius poſſeſſionẽ debeãt uicini ita facere q̃ aqua ex eo libere labi poſſit. capi.lix.
Q uod curſus aquæ pluuialis platearum andronorum foſſatorũ ac riuorum ciuitatis & diſtrictus nullo modo impediantur. cap.lx.
Q uod omnes & ſingulæ uiæ diſtrictus Fani debeãt affoſſatari ex utraq̃ parte & per quos. capi.lxi.
Q d null⁹ audeat cõtrahẽ mr̃imoniũ ſine pũtia ꝓpiquoꝝ ſpõſæ.c.lxii.
De ueſtimentis & ornamentis mulierum: & de donariis prohibitis tempore nnptiarum. cap.lxiii.
De modo & forma ueſtium mulierum. cap.lxiiii.
De conuiuio nuptiali. capi.lxv.
Q d ſutores nõ iuãt nec faciãt ueſtimẽta cõtra formã ſtatutoꝝ. ca.lxvi.
Q uod nullus faciat plantũ tempore alicuius funeris. cap.lxvii.
Q uod mulieres defunctorum non uadant ad eccleſiam. capi.lxviii.
Q uod poſtq̃ mortu⁹ fuerit ſepultus hoĩes in cõtinẽti recedãt. ca.lxix.
De cadaueribus defunctorũ portãdis recluſis ad ſepulturã. cap.lxx.
De mõ & ordine ſeruãdo circa expẽſas funeris & ſepulturæ. cap.lxxi.
Q uod arbitri contrataꝝ denunciare teneantur poteſtati & eius officialibus defunctos in eorum contratis. capi.lxxii.
De mẽſuris grani:uini:oliuarũ: & calcis retinẽdis mõ & forma infraſcriptis bullatis bulla cõmunis: & dñi ptãtis qui ꝓ tpe fuerit. capi.lxxiii.
De uegetibus quæ dantur ad naulum & canapis. cap.lxxiiii.
De naulo domorum & ſtationum. cap.lxxv.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

de ſalariis famulorũ & nutricũ ſiue bailarũ & aliis mercenariis. ca.lxxvi.
de ſacchis uanghis ſappis & aliis ſimilibus q̃ dant' ad naulũ. ca.lxxvii.
de ronzenis dandis ad uecturam. cap.lxxviii.
de longitudine lignorum quæ uendunt' in platea cõis. cap.lxxix.
de ædifitiis priuatis & eorum feneſtris. cap.lxxx.
de ciuitate Fani mundanda. cap.lxxxi.
de cloacis andronis & ſcaffis. cap.lxxxii.
de agnis non extrahendis de comitatu & diſtrictu Fani. cap.lxxxiii.
de cannis uel uincis non extrahendis de Ciuitate comitatu & diſtrictu Fani. cap.lxxxiiii.
de pœna dimittentiũ ire porcos diſſolutos p ciuitatẽ Fani. cap.lxxxv.
de porcis tenẽdis in ciuitate Fani recluſis. cap.lxxxvi.
Q d' nemo habeat porcile i ſtratis ſeu uiis cõis & de pœna cap.lxxxvii.
Q uod nullus cõburat feces & faciat cordas budellorum prope ciuitatem per uiginti cannas. cap.lxxxviii.
de pena inferentiũ iniuriam uel grauamen ſcolaribus uenientibus uel ſtantibus Fani. cap.lxxxix.
Q uod leproſi non permittant' ire per ciuitatẽ nec ſtare in ea. cap.xc.
de tubatoribus cõis Fani & eorum officio. cap.xci.
de manutenendis põtibus & uiis per caſtra & homines & uniuerſitates in quorum territorio ſunt. cap.xcii.
de collectis & gradibus & ſimilibus impoſitionibus ſoluẽdis per illos q tenutã acceperint & fructus habuerint. cap.xciii.
de pſonis nõ tenẽdis cõtra uolũtatẽ ſuorũ ut i ſtatuto cõtinet'. ca.xciiii.
Q d' null9 audeat uel p̃ſumat apponere ligna pergularũ nec uaſa cum herbis ſup domib9 uicinorũ ſine eorũ uolũtate & licẽtia. cap.xcv.
Q uod caſtra & uillæ comitat9 Fani q̃ nũc ſunt: uel ꝓ tpe erũt in ſubiectiõe fani gaudeãt bñfitiis & priuilegiis hoium ciuitatis fani. ca.xcvi.
Q uod caſtra & uillæ comitatus fani quæ fuerint rebelles ciuitatis prædictæ careãt benefitiis & priuilegiis fani cap.xcvii.
Q uod nemo de bonis & iurib9 cõis ſurripiat ſeu uſurpet. cap.xcviii.
d riuo auſcẽtiũ cauãdo p poſſidẽtes iuxta ip̃m a.ſ.N.ad metaugẽ.c.xcix.
de his qui fuerint condẽnati & poſt cõdẽnationẽ ſolutã ad aliã curiam extra curiam fani extrahuntur defendendis. cap.c.
Q uod nemini liceat foueas facere i uiis ciuitatis & comitat9 fani ante poſſeſſionem alterius. cap.ci.
Q d capiẽtes aues rapaces hñtes gettos eas aico cõis aſſignar' dẽant.c.cii.
de domib9 ciuitatis & caſtrorũ comitat9 non deſtruendis. cap.ciii.
Q uod nulla mulier audeat filare p plateã magnã cõis. cap.ciiii.

Q uod hñtes puteos in eorũ poſſeſſ. teneant' eorũ os murare altitudine duorũ pedum ſupra terrã capitulum cv.
De Lenonibus & meretricibus. capitulum. cvi.
De occupatione uiarum. capitulum cvii.
De portu faciẽdo ſeu cõſtruendo put i ſtatuto ueteri cõtinet'. ca.cviii.
De nõ accipiendo aliquid de baffa in dñica carnis priuii. cap.cix.
De uino extra territoriũ Fani non conducendo. capi.cx.
de nõ conducendo uinũ ad ciuitatem Fani nec ad eius riuã a mari a uigilia oium ſanctorũ uſq; ad Klẽd. ſeptẽbris. cap.cxi.
qd' emẽtes fecis reddit9 hre debeãt & teneãt ſacculas & maſtellos. ca. cxii.
de terminis habitis iter unã poſſeſſionẽ & aliã manutenẽdis. ca.cxiii.
de ædificio qd' iacet ſup aliẽo ædificio ſi ruinã miaret' rmouẽdo. ca.cxiiii
quod non liceat hoſpitatoribus uocare aliquem capi. cxv.
de non tenẽdo doloſe alienas beſtias inter ſuas capi. cxvi.
Vt liceat dñis famulos & famulas coercere & a dominis famulos recedere quando uolunt uxorari. capit. cxvii.
De androno cõunali diſgombrando. cap. cxviii.
de blaua adunanda a laboratore ad unam aream. cap. cxix.
de feno palea & ſtipula non tenendis in ciuitate niſi in locis in ſtatuto contentis. cap. cxx.
de curru exonerando & de uia remouẽdo ea die q̃ redierit. cap. cxxi.
De Turribus aptandis ita q̃ lapides nõ cadant. capit. cxxii.
de ponendo gratẽ ligneã ſup foueam diſcopertam. cap. cxxiii.
De illo qui ſecreta communis manifeſtauerit. cap. cxxiiii.
Q uod nemini concedatur priuilegium de non ſoluendo collectas & gradus & alias communis impoſitiones. cap. cxxv.
De ſtudentibus in ciuitate phani cap. cxxvi.
de modo prohibitionis ſeruando in nouis operibus. cap. cxxvii.
De emancipatione non fienda niſi in cõſilio generali. cap. cxxviii.
de duob9 bõis uiris eligẽdis ad diuidẽdũ qõnes ꝛ finiũ poſſõnũ. c. cxxix.
de his qui emunt rem aliquã publice in foro cõmunis. cap. cxxx.
de ꝓhibẽtib9 ciuib9 Fani fruct9 extrahere d ꝓhibẽtiũ diſtrictu. ca. cxxxi.
de eo qui uẽdiderit rem ſemel uni & poſt modũ alteri. cap. cxxxii.
de iſtro alicui9 debiti repto cãcellato uel iciſo penes debitorẽ. ca. cxxxiii.
De operibus bouum & aliis operib9 reddendis & de pœna laboratoris nõ euntis cum quo promiſerit cap. cxxxiiii.
Si bos propter malam cuſtodiã in laboritio fuerit læſus. cap. cxxxv.
De dominis nolentibus ſoluere ſoldum ſuis ſeruiẽtibus. cap. cxxxvi.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

De seruientibus qui dant dānū siue dederint in rebus dominorum sua culpa & uendunt supra salmam. Ca. cxxxvii.
Vt liceat unicuiq; aū trasāna dom⁹ suæ foueas cauaī & faceī. C. cxxxviii.
De porta facienda in uia uicinali. Cap. cxxxix.
De pluēte cuiuslibet domus libero & disgōbrato existēdo. Capitul. cxl.
De laboreriis communis præconizandis. Capitul. cxli.
Vt assides affixæ trasannis domorum sint tantæ altitudinis q̄ aliquem non offendant. Capit. cxlii.
Quod nullus aduocatus procurator uel notarius qui utatur curia possit fideiubere pro aliquo. Capit. cxliii.
De Bactilotis scolarum Sancti Michaelis sanctæ Crucis & aliarum scholarum ciuitatis phani: & de fauore iudicib⁹ Prioribus & primiceriis dictarum scholarū exhibendo. Capit. cxliiii.
Vt uiæ publicæ & priuatæ de foris p curtē & districtū Fani habitæ in earū amplitudine de iuī debita liberæ & disgōbratæ existāt. Ca. cxlv.
De magnitudine lecti metauri Cap. cxlvi.
De fossatis omnibus & singulis burgorum intus & extra disgombratis & expeditis existendis. Cap. cxlvii.
De passadio non soluēdo a forensibus infrascriptis. Cap. cxlviii.
De passadio soluendo a forensibus & qui hūtur p forens. Capi. cxlix.
De emendatione rerū cōis perditarū ignis periculo. Capitulū. cl.
Vt potestas teneatur singulis mensibus circuire ciuitatem & burgos cum amico communis. Capitulū. cli.
Terminationes & distantiæ castrorum & uillarum comitatus Fani ad litterā prout in statuto ueteri reptū est. Capitul. clii.
De non effundēdo aquā super solarium palatii cōmunis Capit. cliii.
Quod potestas non proponat i consilio q̄ donatio sibi uel aliis fiat de bonis cōis sine uoluntate arengi. Capit. cliiii.
Q d' non proiiciatur terra de uallato molēdinorū cōis ab ipīs molēdinis usq; ad molēdina nūcupata canonicoq;. Capitulū. clv.
De dando pisces uel carnes primo petenti Capitulū. clvi
De foro faciendo die sabbati in platea magna cōmunis. Capit. clvii.
De brauiis currendis in ciuitate phani. Cap. clviii.
De non currendo equū per ciuitatē. (gn⁹. Capitul. clix.
De iobediētib⁹ parere mādatis officialiū Et d uetātib⁹ pi- Capitul. clx.
De expēsis cōtumaciæ reficiēdis uel nō: & de cāis nō extrahēdis extra ciuitatem & nō agendis nisi coram ordinariis. Capitul. clxi.
De collecta & cōpositis seu tributis bonorū forensium Capitul. clxii.
De robore statutorū cōis phani & iuriū diuersitate. Capit. clxiii.
Q d' nullum statutū intelligatur cōtra ecclesiæ libertatē. Capit. clxiiii.

PRIMVS LIBER STATVTORVM PHANI: DE DIVINO CVLTV: DE OFFICIIS: DE CONSILIIS: ET SYNDICATORIBVS PRAETORIS ET ALIORVM OFFICIALIVM INCIPIT FOELICITER.

PROOEMIVM.

IN NOMINE Summæ & indiuiduæ Trinitatis: eiusdemq; deitatis patris & filii & spiritus sancti. Amen. Sacrarum sanctio legum promptissima ratione decreuit / quēq; populum ius proprium sibi constituere: ipsumq; pro locorum & rerum exigentia ac temporū uarietate mutare/corrigere/supplere/atq; in melius reformare posse: ut uetando/puniendo/& permittendo improbi facinorosiq; puniantur ac eliminentur: boni autem ad bene beateq; uiuēdum uirtute præmiata cōcitentur: & deniq; ut quod suum est/unicuiq; tribuatur. Hinc prudentissima ciuitatis Phani uniuersitas per spectabiles & egregios uiros dominum Vgolinum de pilis: Franciscum domini Francisci de burghisellis Burgogninum puccioli de burgognellis: Ioannemphilippum de gabuccinis: Bartholomæum Antonii mercatorem: & Ser Gregorium/ Petri de mercantibus ciues phañ. iura municipalia ab antiquo usq; i hodiernum obseruata sibi constituit: eaq; uno congesta uolumine annorum cursu accedente per dominum Paulum de palliolis legū doct. ciuem phañ. anno salutis a natiuitate dominica. M. CCCCL. Nicolao qnto Pontifice maximo sedente in melius reformata in quinq; libros diuisit. Quorum primo de diuino cultu: & de officiis & consiliis & Syndicatoribus Potestatis & aliorum officialium: In secūdo de ciuilib⁹ causis & negociis: In tertio de maleficiis: In quarto de quasi delictis siue dānis datis: & In quinto de uariis & diuersis extraordinariis sub congruis titulis normæ traduntur. Sed quia in humanis perraro aliquid tā perfectum adinuenitur: ut quandoq; castigatione suppletioneq; nō egeat: Q d & magistra rerum docet experientia: & annorum cursus ac temporum morunq; uariatio urgenti ratione suadent. Iccirco consultissimum Generale magnificæ ciuitatis Phani consilium atq; uniuersitas Magnifico ac generoso uiro dño Vrbano Vigerio de Sauona Gubernatore/atq; Castellano: Magnificis prudētissimisq; uiris Ioanne Antonio de Taurellis: Ghirardo de Canosa: Iacobo de statis: Camillo Speranza

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY імені І. І. МЕЧНИКОВА

de mazis.Ioanne baptista de Cauaceppis: & Nicolao Lauretto Prioratũ meritissime gerẽtibus: Et domino Cæsare Mastino de pẽnabilo⁊ Iurisconsulto æquissimo Prætore. Anno domini.M cccccviii.fugiente .Iulio.II.Pontifice maximo.ipsius statuta antiqtus obseruata⁊ cõmodiori iudicũ:aduocatorũ ⁊ curato⁊ aliorũq; lectione/⁊ eximios iuris doct. dñm Siluestrũ Syluiũ de Gnolis de mõte Octauelio feretrio eiusdẽ ciuitatis phani Vicarium Gabellarum ac appellõnum iudicem:Et dominum Antonium de Negosantibus dictæ ciuitatis ornatissimum ciuem nouissima ac tertia lucubratione emendata castigata elimata ac in melius reformata fideliter imprimi iussit ac mandauit .Ad laudem & reuerentiam dei omnipotentis gloriosissimæq; semper uirginis matris eius Mariæ:beatorum quoq; apostolorum Petri & Pauli: Atq; sanctissimorum dei & gloriosissimorum ac deuotissimorũ cõfessorum Paterniani Eusebii Fortunati & Vrsi protectorum defenso⁊ & gubernatorũ ciuitatis Phanensis:ac cœterorũ sanctorũ & sanctaꝝ totius cœlestis curiæ triũphantis: & ad honorem reuerentiam & exaltationem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ: & sanctissimi patris & dñi nostri Papæ Iulii.II. & Reuerendissimi cœtus dominorum Cardinalium : & ad honorem & magnificentiam & pacificum prosperum ac tranquillum statum Senatus uniuersitatis et hominum totiusq; Rei pu.ciuitatis Phani:eiusq; comitatus fortiæ & districtus.

¶De die dominico: & aliis solẽnibus festiuitatibus aliquo seruili opere non uiolandis.sed deuotissime celebrandis. Cap.I.

Via sanctus dies dominicus ẽ ad requiẽ humani generis cõstitutus & cũ debeat humanũ genus festa pricipalia & solẽnia decorare Ideo decernimus & firmiter ordinamus:qd ob dei reuerentiã & timorem quẽ quẽlibet decet hominẽ & præcipue sapientẽ habere.Omnes & singuli ciuitatis comitatus & districtus phanẽsis ipsum diẽ dñicũ.Festũ oium sanctorũ.Festum natiuitatis dñi nostri iesu xp̃i tribus diebus.Festũ epiphaniæ uno die.Diẽ ueneris sancti.Festũ paschatis resurectiõis & pentecosten tribus diebus pro quolibet.Ascensionis.Corporis Xp̃i. Festiuitates oẽs beatæ Mariæ uirginis . Beati Paterniani de mense iulii & nouẽbris: Sancti fortunati.Sancti Eusebii.Sancti Vrsi .Sancti Ioãnis Baptistæ.Petri & Pauli & aliorũ apostolo⁊ uenerẽtur & custodiant cum omni reuerentia & timore:& quiescant a laboribus & ab omni seruili opera ipsis diebus:illosq; nõ attentẽt aliquibus uiolare. Et qui cõtrafecerit in decẽ solidis

festa q̃ pricipalit obseruari debent

denariorũ cõmuni soluẽdis ip̃o facto in pecunia numerata cõdẽnetur. Nulla cõpensatione cõcordia seu remissione admissa. Et qlibet fidedignus possit accusare & denũciar: & teneat secretus.Et potestas pro uera obseruatione præmissorũ mittat singulis diebus prædictis per ciuitatem & burgos de suis officialibus ad rimandum: & puniat cõtrafacientes: & dictã pœnam de facto exigat. Et capitaneus comitatus phani p̃dicta faciat obseruari in dicto comitatu . Liceat tamen in dictis diebus aromatariis tenere duas statiões tantũ apertas hostio paruo. Et liceat medicis in casu necessitatis in dictis diebus occurrentis pro medelis ordinãdis ire ad quascũq; stationes uoluerint pro ordinando dictas medelas & alia necessaria pro infirmis absq; ulla pœna sui:aromatariorum : & aliorum accedentium ad dictas stationes dicta de causa. Et quando acciderit q̃ aliquod festum ex prænominatis festiuitatibus ueniret de die sabbati:qui ẽ dies fori:liceat cuilibet accedere ad dictum forum in dictis festiuitatibus cũ eorũ mercimoniis & rebus uenalibus.Et possint homines impune uendere & emere more consueto.Et cum multæ psonæ circunstantes & diuersorum locorum solitæ sint accedere ad festiuitates beatæ Mariæ uirginis de mense Augusti/Septembris & Martii ad augendam deuotionem dictorum festorum liceat artificibus & aliis quibuscunq; personis uendere & emere mercantias:bestias:uictualia:& alias res uenales more consueto sine pœna. Decernimus insuper & firmiter ordinamus q̃ in uigilia beatæ Mariæ uirginis mensis Augusti:& in uigilia beati Paterniani de mense Iulii ad honorem & laudem ipsorum quorum uocabulis ac suffragiis Cõitas phani defenditur : & quorum patrocinium & fauorem implorat/Potestas & cæteri officiales una cum hominibus de consilio generali & speciali cõmunis phani accedant ad ecclesiam Episcopatus phani. & ad ecclesiam sancti Paterniani cum paliis:uidelicet uno palio pro quolibet festo : & cum cæreis accensis deuotissime secundum modum hactenus consuetum.Et dictus potestas teneatur die præcedenti uigilias dictorum festorum bamniri facere per ciuitatem & burgos in locis consuetis:ut dicta oblatio fiat & prædicta bene obseruentur.Et consiliarii de dicto consilio non accedentes ad dictam oblationem incidant in pœnam quinq; solidorum pro quolibet :non comparente :& ad dictam oblationem non eunte : licitam excusationis causam non habente. Et si in prædictis potestas fuerit negligens & remissus perdat de suo salario libras decem den̄. Et expensa dictorũ paliorum & cæræ fiat per depositarium Magnificæ ciuitatis phani more consueto. Et per dictos potestatem:& consiliũ deputẽ

Nota pœnã

conuersio data aromatariis die festo:

sabbatũ dies fori

Potestas & consiliũ generale redat cũ nrcis ad ecclesiam episcopatus & s. paterniani

Nota pœnã

Nota potestas

Nota & innouatione facta

HAYKOВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

tur duo ciues de dicto consilio qui habeant recipere tertiam partẽ dictarum oblationũ paliorũ & cæræ & expẽdere ipsam tertiã partẽ in utilitatem & cõmodum dictarũ ecclesiarum prout eis uidebitur.

¶ De solennitate celebranda in festo corporis xpi. Cap. II.

Vm dũm in sanctis suis deceat uenerabiliter honorari: ipsum ĩ seipso solennius conuenit uenerari: & eius festum in ipsius dñi nostri Saluatoris memoriã institutũ deuotissime celebrari Quapropter statuimus & ordinamus: ꝙ singulis annis festum corporis xpi.: quod per ecclesiam celebratur debeat per omnes ciues & incolas ciuitatis phani & totũ populũ eiusdẽ deuotissime celebrari p mascu los & fœminas ciuitatis eiusdem: Cuius rei cã omnes & singuli mares: & fœminæ dictæ ciuitatis singulis annis in die dictæ festiuitatis conuenire debeant cũ clero in ecclesia cathedrali ad associandum corpus domini per Episcopum seu alium clericum deputandum cum clero deferendum per ciuitatem phani & loca eiusdem consueta. Et ꝙ ad portandum seu deferendũ baldachinũ debeãt præponi & eligi meliores ciues ciuitatis phani: qui uicissitudinarie: prout opus fuerit & necesse: deferãt baldachinum: a qua electione nemo possit & ualeat excusari. Eligantur etiam ad prædictam solennitatem decem iuuenes: qui cum hastis uadant circũ circa deferentes baldachinum: ut ipsi illud commodi⁹ deferre possint sine aliquo impedimento. Teneãtur etiam & debeãt singulæ fraternitates seu scholæ ciuitatis phani conuenire ad dictum festũ & deferre cæreos condecentes secundum eaꝝ possibilitatem: sub pœna xx. solidorũ. Ac etiam teneantur singula castra & uillæ ciuitatis & districtus phani deferre pro quolibet unã facem seu cæreum condecẽtẽ: sub pœna. x. solidorũ. Debeant insuper oẽs clerici ciuitatis & comitatus fani cum eorum crucibus ad dictũ festũ accedere: & reliquias sanctoꝝ (si quas habent) secum portare: & se dicta die de mane ante tertias præsentare ad ecclesiam episcopatus pro solẽnitate p̃dicta celebranda. Et ut in solẽnitate prædicta oẽnes fideliũ melius audiant: & placet diuina maiestas: ordinamus ꝙ oẽs & singuli de ciuitate phani comitatu & districtu qui ad dictam solẽnitatem accedẽt seu accedere uoluerint: ad min⁹ debeant cõfiteri de peccatis eorum & pœnitentiam suscipere salutarẽ. Ac etiam ordinamus ꝙ ab hora uespertina uigiliæ seu diei præcedentis festum corporis xpi: & per totũ diẽ festiuitatis corporis xpi conquiescant homines & cessent ab eoꝝ operibus & negociationibus tẽporalibus & aliis actibus iudicialibus. Et ꝙ sit tẽpus prædictum totaliter fe-

portandũ baldachinũ eligantur meliores ciues

ab hora uespertina diei præcedentis festi corporis xpi cessent operib. & actib. iudicialib.

riatũ. Et p̃dicta p̃conizari & notificari facere teneatur potestas Phani p octo dies ante dictũ festum per ciuitatem Fani ac etiam p comitatũ per nuncios dicti cõis: ut oẽs & singuli uenire debentes ad dictũ festum se possint cõmodius p̃parare.

Nota potas.

De festiuitatibus aliorum sanctorum celebrandis. Cap. III.

Tatuimus & firmiter ordinamus ad honorem aliorũ sanctoꝝ
S. infrascriptorum ꝙ festiuitates uidelicet.

Sancti Marci Euangelistæ	Sanctæ crucis de mense Maii.
Sancti Lucæ Euangelistæ.	Sãcti Michaelis d mẽse septẽbris
Sancti Barnabæ Apostoli.	Sancti Saluatoris
Sancti Augustini	Sancti Blasii
Sancti Hieronymi.	Sancti Leonardi.
Sancti Gregorii.	Sancti Nicolai
Sancti Ambrosii	Sancti Siluestri.
Sancti Laurentii.	Sancti Christophori.
Sancti Francisci.	Sãcti Iuliani d mẽse Iũii.
Sancti Dominici.	Sãctæ Mariæ magdalenæ
Sancti Thomæ de aqno ord. p̃dicatorũ	Sanctæ Catherinæ.
Sancti Petri Martyris.	Sanctæ Luciæ
Sancti Antonii de Vienna	Sancti Georgii
Sancti Antonii de Padua	Cõuersiõis sãcti Pauli.
Sancti Ludouici.	Sãcti Ioãnis decollati
Sancti Bernardini de Sena ordi. F. minorũ.	Sãcti Vincẽtii de ualẽtia

Venerari debeãt & custodiri ĩ ciuitate & burgis phani p artifices Fani.

Et liceat tñ uenientibus ad forum ciuitatis Fani & ad ipsam ciuitatem cũ uictualiis & mercimoniis aĩalib⁹ & aliis reb⁹ ad uẽdẽdũ & emendũ impune uenire posse & uẽdere: & emere ad libitũ. Et reseruatis similiter mysteriis & tẽporib⁹ messium & uindemiaꝝ: in qbus liceat operari impune ꝙ festina fructuũ recollectione & cõseruatione: ne tẽporis iteruallo depeant. Et potestas qui pro tẽpore erit teneat bãniri facere p ciuitatẽ & burgos in locis cõsuetis de celebratiõe dictorũ festoꝝ p artifices obseruãda: ut dictũ ẽ. Transgressores uero in quinq; solid. deñ. pro quolibet & uice qualibet puniant de facto soluẽdis. Et si dictus potestas fuerit negligens ĩ p̃dictis sibi detineantur decem libræ deñ. de suo salario tẽpore sui syndicatus.

Nota potas.

¶ De inquisitione faciẽda ne heretici uel alii fide suspecti in ciuitate Phani morentur. Cap. IIII.

t Eneant rectores inqrere: & inquiri facere diligẽter ne hæretici uel alii fide suspecti excæptis iudeis in dicta ciuitate morent.

HAYKOBA BIБЛIОТЕКА ІМЕНІ І. ПЕТРИКОВА

Et qui inuenti erũt protinus teneant' rectores eorũ bona pro cõi phani ferri facere: & ſecundũ iura canonica eos punire.

¶De priuilegiis Sancti Paterniani manutenẽdis. Cap.V.

Tatuimus & firmiter ordinamus ꝙ oĩa priuilegia ſancti Paterniani in ſuo robore perſeuerent & exiſtãt: ſalua tamen uolũtate conſilii generalis.

¶De uno bono uiro eligendo ad exigendũ relicta cum dño ep̃o & canonicis Phani & faciendum quæ in ſtatuto cõtinent'. Cap.VI.

Tatuimus ꝙ anno quolibet poteſtas ciuitatis Fani primo mẽſe ſui regiminis faciat eligere unum bonũ uirũ in conſilio generali qui cum dño epiſcopo & Canonicis Fani præſit & præeſſe debeat ad exigendum relicta ſecũdũ rationem expendenda in operib⁹ eccleſiæ maioris ſecũdum ꝙ melius & iuſtius fuerit. Et ſpecialiter ĩ cooperiẽdo ipſam eccleſiam ne fornices ſeu uoltæ ipſius eccleſiæ deſtruantur: & ĩ reaptatione campanilis eiuſdẽ eccleſiæ. Et idem ſeruet' ĩ aliis relictis factis eccleſiis ciuitatis & burgorum Fani & comitatus eiuſdem & hoſpitalibus & piis locis. Et ſi idem poteſtas fuerit negligens in prædictis pdat de ſuo ſalario.xxv. libraꝝ den̄.

¶De relictis & promiſſionibus factis põtibus & aliis piis locis ab hæredibus: ſoluendis. Cap. VII.

Elicta & promiſſiones factæ pontibus & aliis piis locis a pmiſſoribus uel teſtatoribus uel eorũ hæredibus ſummarie cognoſcantur & diffiniantur ſine libelli oblatione & ſolẽnitate iuris & cogãtur debitores rectoris arbitrio uel iudicum cõis Fani ſoluere Capitaneis pontium & aliorum locorum religioſorũ perſonis tantum ĩ pecunia numerata quando pecunia numerata relinquitur. Et ꝙ hæredes ad inſtantiam fideicõmiſſarioꝝ ſecundum tenorem teſtamẽti ſummarie cogantur de bonis defunctorum perſoluere ea quæ teſtatores in eorum ultima uoluntate relinquerẽt: & pro prædictis perſonaliter detineãtur. Et notarii teneantur teſtamenta ac relicta facta ponti a mari de Metauro dare & aſſignare pontinerio ipſius pontis poſtq̃ teſtator deceſſerit infra quindecim dies ad bãnum uiginti ſolidoꝝ den̄. facta ſibi ſolutione debita. Et ſimilis modus ſeruetur in relictis factis aliis pontibus: & ĩ relictis factis ad pias cauſas idem ſeruetur. Et ſi poteſtas uel eius iudices uel officiales fuerint negligentes perdãt de ſuo ſalario decem libras denar.

¶De lignis a flumine Metauri & eius littore & mari: ut cõtinet' in ſtatuto p utilitate pontiũ accipiendis. Cap.VIII.

Tatuimus & ordinam⁹ ꝙ ligna ab aqua fluminis metauri ducta ab utroq; latere inuenta: quæ utilia uel neceſſaria dicti Metauri põtib⁹ erũt ad opus dictoꝝ põtiũ liceat põteneriis accipere & pro ipſorum pontiũ utilitate & ſua auferre a mari uſq; ad riuum ſiccũ. Et ſimiliter idem intelligat' in lignis ductis a mari quæ inueniunt' in littore maris ultra Metaurum uſq; ad foueas: & citra Metaurũ uſque ad hoſpitale ſancti Lazari. Et ſi quis alius acciperet dicta ligna niſi ut dictum ẽ pro opere dicti pontis & ea die nõ aſſignauerit põtinerio cõſtituto ſoluat p bãno decẽ ſoldos den̄. p qualibet uice. Et hoc ſtatutũ ĩtelligat' de lignis & bonis nõ hũtibus dñiũ & pprietatẽ.

¶De officio & iuramẽto ptãtis & ſuorũ officialiũ. Cap.IX.

Tatuimus & firmiter ordinamus ꝙ poteſtas Fani eiuſq; comitatus fortiæ & diſtrictius in principio ſui ĩtroitus et officii poſt uiſitationem maioris eccleſiæ cathedralis Epiſcopatus dictæ ciuitatis & oblationẽ p eũ factã in altari maiori dictæ eccleſiæ & corporali ab Antiſtite recæpto iuramento ut moris eſt: cũ applicuerit palatio dictæ ciuitatis: & erit in porticu ſiue logia interiori dicti palatii in uenerabili ſeſſione parata teneat' & debeat per publicũ ſacramẽtũ ſibi deferẽdũ a cãcellario & notario reformationũ dicti cõis p ipſo cõi & quorũ ĩtererit ſtipulãte & recipiente iurare una cũ Vicario ſuo & eius milite ſocio atq; notario ad malificia deputando: & aliis ipſius dñi ptãtis officialibus ad ſacra dei euangelia manibus tactis ſcripturis in uoluminib⁹ ſtatutoꝝ dicti cõis/iuocatis nominibus oĩpotentis dei & ſuæ matris glorioſæ Mariæ ſemp uirginis: & totius cæleſtis curiæ triũphantis. Et p̃cipue & exp̃ſſe beatiſſimi Paterniani diuini protectoris & defenſoris dictæ ciuitatis: Ad honorem & ſtatũ Sanctæ Romanæ eccleſiæ. Sanctiſſimi dñi Papæ: ſacriq; concilii atq; collegii: Reuerendiſſimorũ dñorũ cardinaliũ Et ad magnificentiam ſtatũ atq; exaltationẽ: & totius cõitatis & uniuerſitatis Phanẽſis. Q d ipſe dñs poteſtas Vicarius ſuus & quilibet officialium ſuorũ regent & gubernabunt dictam ciuitatem phanẽſem: ad honorẽ & ſtatũ dictæ ſanctæ matris eccleſiæ: & præfati Sanctiſſimi domini noſtri papæ & cõitatis phani: Et ipſam ciuitatem cum omnibus ſuis priuilegiis dignitatibus & exemptionibus conſeruabunt & ampliabũt & partem guelfam pro poſſe manutenebunt: bonos & obedientes auctorizando. Malos & inobedientes opprimendo ſecundum formam iuris: & eorum officium pure & fideliter exercere ſine fraude.

Item faciet dictus poteſtas: & omo curabit ꝙ miles ſocius: & alter eius

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY імені І. МЕЧНИКОВА

officialis per ciuitatem & burgos Fani ibunt inquirendo pro deferentibus arma & p bãnitis & rebellibus dictæ Romanæ ecclesiæ & cõis phani: & puniet culpabiles & delinquẽtes secundũ formã statutorũ & ordinamẽtorũ dictæ ciuitatis. Et si i comitatu & districtu dictæ ciuitatis accideret q̃ cõmitteret̃ homicidiũ Incendium furtum uel robbaria mittet suis expensis pro uno die tantũ suos officiales ad recipiẽdum informationem de maleficio perpetrato: & diligentem inquisitionẽ faciet de bonis malefactorum: & confiscari faciet dicta bona i cõi. & si pernoctauerit necessario habeat expensas a cõi loci: ubi cõmitteretur delictũ. Processus cõdẽnationes & quascũq; scripturas ad officiũ maleficiorũ spectãtes & ptinẽtes in bombicinis & mẽbranis per notariũ maleficiorũ scribi faciet & notari absq; ullo p̃mio & mercede: Collectas gradus & alias impositiones quomodocũq; occurrentes pro dicta ciuitate. Et omnem cõdẽnationẽ maleficii & alias quascũq; cõdẽnationes ad eius officium spectantes faciet per suos officiales exigere & penes depositarios deputatos & deputandos pecuniam deponere secundũ ordines dictæ ciuitatis: Item tenebit continue in dicta ciuitate unũ peritũ & sapientẽ hominem legũ doctorem practicũ & expertũ in ciuilib⁹ & criminalib⁹ in suum iudicẽ & Vicariũ qui in principio sui introitus & ante q̃ ipse potestas intret officiũ ostendat priuilegiũ sui doctoratus Cancellario cõis Fani ualidũ: & uerã fidem faciens de suo doctoratu. Et si secus fecerit nõ recipiatur in officiũ. Itẽ unũ sociũ militẽ. Vnũ notariũ maleficiorũ bene litteratos bonos & sufficiẽtes practicos & expertos. Duos equos p̃ necessariis casibus occurrẽtibus suo officio. Septem famulos seu beroarios: & unũ domicellum pro toto tempore sui officii. Et de omnib⁹ p̃dictis officialibus equis & familia monstram faciet omni mense & ante & post ad requisitionem cãcellarii & notarii reformationũ cõis Fani Et loco morientiũ seu recedẽtiũ officialiũ & familiæ remittet & scribi faciet statim alios bonos & sufficiẽtes sine ulla fraude: & continue stabit in dicta ciuitate cũ dictis officialibus & familia & equis & extra ipsam ciuitatẽ nõ pernoctabit: nec hospitabit̃ sine uolũtate & exp̃ssa licẽtia magnifici dñi Gubernatoris & dñorũ prior̃ dictæ ciuitatis sub pœna cẽtũ librarũ den̄. de suo salario retinendarũ pro qualibet uice qua fuerit contrafactũ. Carnes pisces & alia uictualia in ciuitate Fani & suo comitatu & districtu non emet nec emi faciet p minori p̃tio quo aliis hominibus & personis in generali uendunt̃ p suos officiales & familiam nec aliam interpositam personam sub pœna decem librarum denar̄.

Portas ciuitatis faciet apire & claudere de sero & de mane horis usita

tis & deputatis & secũdũ cõditiones tẽpor̃: & secũdũ q̃ deliberabit̃ per Gubernatorẽ & priores phani p habilitate & cõmodo ciuiũ & habitatorũ dictæ ciuitatis. Itẽ nõ recipiet: nec pmittet recipe per aliquẽ suorũ officialiũ & familiæ dona ensenia: nec ullã aliã rẽ sine pecunia condecẽti ab aliquo homine & psona & maxime subiecta suæ iurisditioni durante tẽpore sui officii. Nec i consiliis p̃ponet: nec p̃poni faciet q̃ donatio sibi uel aliis fiat de bonis cõis uel specialiũ psonar̃ sub pœna decẽ librarum pro quolibet & uice qualibet. Et p̃curabit & curã bonã habebit q̃ dñabus euntibus ad carceres cõis occasione carceratorũ & etiã dñab⁹ carceratis p se & p suos officiales & familiam nulla iniuria nullaq; nouitas nec obprobriũ uiolẽtia & displicẽtia fiet uerbo uel facto: Saluo i his quæ de iure deberet occasione officii secũdũ formã statutor̃ phani: sub pœna ipsi potestati ducẽtar̃ libraar̃: & aliis officialibus & familiæ cẽtũ librarũ den̄. p̃ quolibet: & quas pœnas si recusauerint uel soluere nõ poterit infra decẽ dies fustigẽt̃ p totã ciuitatẽ & burgos phani Itẽ i ciuilib⁹ & criminalib⁹ oĩbus psonis cuiuscũq; cõditionis existãt absq; accæptatione psonar̃ in quocũq; casu occurrẽte faciet & fieri faciet qd debebit & tenebit̃ secũdũ formã statutor̃ & ordinamẽtorũ dictæ ciuitatis: adeo q̃ unusqsq; plene debitũ suũ cõsequat̃. Et sit p̃cipue fauorabilis iuribus pupillor̃ & uiduar̃ & miserabiliũ psonar̃. Et stare debeat dictus potestas debitis tẽporibus dieb⁹ & horis cũ suo Vicario ad bãcũ iuris ciuilium causar̃ p̃ tribunali p duas horas eo modo & forma cõtẽto i statuto posito in pñti uolumie sub Rubrica. Q uib⁹ dieb⁹ & horis ptãs & eĩ⁹ iudices Vicarius appellationũ & alii officiales causar̃ sedere debeãt p̃ iure reddẽdo & de cãpana hora iuris pulsãda. Et ultra administrationẽ iuris & obseruationẽ statutor̃: obseruabit etiã & faciet obseruari oĩa decreta & ordinamẽta facta & faciẽda in dicta ciuitate p sanctitatẽ. Domini nostri uel eius Gubernatorem & Communitatem Phani. Et faciet primo mẽse sui itroitus cõparere syndicos uniuersitatũ Castror̃ & uillar̃ Fani cũ quattuor fideiussorib⁹ dictor̃ locor̃ & cũ mandatis in publica forma in mẽbranis corã Cãcellario dicti cõis bis in ãno: uidelicet de sex mẽsib⁹ i sex mẽses: Incipiẽdo de mẽse maii: & de mẽse nouẽbris ad iurãdũ fidelitatẽ & obediẽtiã: & p̃mittẽdũ facere mãdata ipsius ptãtis: et alior̃ officialiũ & cõitatis Fani. & soluer̃ oẽs gradus collectas et datiuas positas: & iponendas p p̃fatam cõmunitatem. & si in prædictis erit negligens & remissus perdat salarium suum unius mensis. Credẽtias cõmunis: Statum præfatæ sanctæ Romanæ ecclesiæ. & cõmunis prædicti concernẽtes: uidelicet temporales ad tempus/ & perpetuales i

HAYKOBA ЕЛЕНА ОЛЕГОВНА ИМЕНИ Н.М. МЕЛЬНИКОВА

perpetuum ſub ſecreto tenebit. Q ui dominus poteſtas habeat & habe re debeat & habebit pro ſuo ſalario ſuorũq; officialium & familiæ prædictæ a depoſitario Cameræ ſingulo menſe durãte ſuo officio ducatos monetæ uigintiduos: bonoñ. tredecim: et denarios decẽ & octo ſolueñ. de introitibus cõis p theſaurariũ dictorũ introituũ: ſtabitq; dictus poteſtas prædicto ſuo ſalario contentus: & ultra nõ petet aliquo quæſito colore per ſe uel alium in conſiliis uel extra. Teneatur etiam dictus poteſtas quolibet ſemeſtri per octo dies ante finẽ dicti ſemeſtris dare aſſignar & præſentare dominis Prioribus phani pro ipſius cõis munitione duas baliſtas a mulinello ſeu girella fulcitas cordibus magiſtris & mulinellis ſeu girellis bonas & ſufficientes pretii & ualoris trium ducatorũ pro qualibet baliſta. Itẽ duos targones bonos & ſufficientes pretii & ualoris trium ducatorum. Et ſi contrafaciet ſoluat duplum. In fine uero ſui officii præſentabit ſe cum omnibus ſuis officialibus & familia coram omnibus ſyndicatoribus ſuis: & ſtabit ad ſyndicatũ redditurus rationem de geſtis & adminiſtratis per eum & dictos eius officiales & familiam ſecundum conſuetudinem modum & formam contentam in ſtatutis phani: & ſoluet omnem cõdemnationem de eis uel aliquo eorũ faciendam per dictos ſyndicatores ſecundũ formam iuris & ſtatutorũ prædictorum. Item ſub pœna periurii & amiſſionis ſalarii ſui uni⁹ menſis ſub aliquo colore uia forma & modo non petet ſyndicari durãte tempore ſui officii. Et omnia alia iuret & promittat facere: quæ ĩ ſtatutis & decretis prædictis continentur. Addentes q; ſi dictus poteſtas ſeu aliquis eius officialis uiſus fuerit intrare noctis tempore aliquã domũ: qui ĩtroitus probari poſſit p duos teſtes ĩcidat ĩ pœnã ducẽtaꝝ libr.

Q uod officiales ĩ eorũ officiis ultra ſex mẽſes nõ morent. Cap. X.

Tatuimus & ordinamus q; poteſtas ciuitatis phani eiuſq; comitatus fortiæ & diſtrictus qui p tẽpore fuerit ĩ dicto officio non poſſit ipſe & cæteri ſui officiales in eodẽ officio pmanere ultra ſex menſes continuos a die introitus eorum numerandos. Et ſimiliter Vicarii & maiores officiales gabellarum: & officiales cuſtodiæ & dãnorum datorum: & capitanei comitatus dictæ ciuitatis ſtare nõ poſſint in eorum officio niſi ſex menſibus tantum. Et amoti ab eorum officiis prædictis ad illa redire non poſſint illinc ad ſex annos proxime ſecuturos. Et qui in conſiliio dictæ ciuitatis tam generali q̃ ſpeciali proponerent ſeu proponi facerent conſulerent uel arrengarent

oppoſitum eius quod in dicto ſtatuto continetur incidant in pœnam uigintiquinq; librarum deñ. communi applicandam. Et nihilominus quod propoſitum conſultum arrengatum & reformatum extiterit incontrarium p̃miſſorũ ipſo iure ſit inualidũ: & nullum ſortiat effectũ. Et eligantur dicti officiales qui ſint forenſes de locis lõginquis amicabilibus boni probi graues practici & ſufficientes.

De ſyndicatu poteſtatis & aliorũ officialiũ phani & capitanei comitatus dictæ ciuitatis. Cap. XI.

c Vm res cõmendabilis: decenſq; & honeſtũ ſit: legeq; ſancitum ut ciuitatum poteſtates & officiorũ adminiſtratores ſuæ uillicationis rationem reddere teneantur: Statuim⁹ & firmiter ordinamus q; in ultima die finis officii domini poteſtatis & aliorum officialiũ ciuitatis phani & capitanei comitatus dictæ ciuitatis teneat: & debeat dictus dominus poteſtas facere cõuocari cõſiliũ ſpeciale de uigintiquinq; cõſiliariis dictæ ciuitatis qui p tẽpora erũt de dicto cõſilio: & ibi p dominos priores eligant octo de dicto conſilio: quibus electis fiant breuia de nominibus ipſorũ electorũ. & poteſtas qui per tẽpora erit extrahat duo breuia de dictis octo electis & illi quib⁹ tetigerint dicta duo breuia ſint ſyndicatores. Et eligatur unus notarius cũ eis eo modo & ordine: qui uidebitur dicto conſilio inſpecta grauitate & qualitate illorũ officialium qui de tempore in tẽpus erunt ſyndicandi: quibus ſyndicatoribus & notario electis & deputatis detur ſacramentum per cancellarium cõmunis de bene legaliter & ſine ſimonia & fraude ſyndicando dictos poteſtatem officiales & capitaneum. Q ui ſyndicatores coram eis pro tribunali ſedentibus in loco conſueto faciant comparere dictos poteſtatem officiales & capitaneum ſtatim die ſequẽti finem eorũ officiorum cũ ſuis fideiuſſoribus ad reſpondẽdũ ĩqſitiõi cõtra eos formãdæ p dictos ſyndicos more conſueto: hac conſuetudine: quod pro honore & bona ciuilitate ſemper faciant poteſtatem tm̃ ſedere ín medio ipſorum ſyndicatorum eo ſolũmodo díe quo inquiſitioni reſpondetur. Et ſimilis cõſuetudo ſit ĩ Vicario appellationũ generali dictæ ciuitatis: quo die poſt factã reſponſionẽ mittant bãniméta per ciuitatẽ & burgos & litteras patẽtes p comitatũ & uillas phani ciuib⁹ & hĩtatorib⁹ fani terminũ triũ dieꝝ & comitatiuis & uillicis quattuor dierum ad comparẽdum & producendum eorũ petitiones in ſcriptis: qũ officiales non ſteterit ultra ſex menſes in officio. Si uero ſteterint per annum uel ultra: ſtatuat ciuibus terminus quattuor dierum: & comitatiuis quinq; ad comparendũ & producẽdũ dictas petitiões: qb⁹ dieb⁹ elapſis nullæ petitiões

ulterius audiantur. & si dicti syndicatores prædicta omiserint obserua-
re: ipso iure intelligãtur condẽnati ĩ libris uigintiquinq; pro quolibet:
quos denarios potestas nouus teneatur de facto exigi facere: & applica
re cõmuni sub pœna prædicta retinẽda ipsi nouo potestati tempore sui
syndicatus. Et procedant subsequenter ipsi syndicatores ad ulteriora se
cundum quod nouerint conuenire usq; in finem dierum syndicatus
sedendo pro tribunali bis singulo die horis debitis & consuetis: Videli-
cet de mane in tertiis & de sero in uesperis: coram quibus syndicatori-
bus ipsi officiales singulo die legitime compareãt ad tribunal ipsorum
syndicatorum: & ibidem legitime morantes reddãt sui officii & gesto-
rum per eos in eorum officiis integram rationem: Et querelantibus de
eis super prædictis respondeant. Et de his quæ tenerentur cõmuni, seu
singularibus personis satisfactionem integram impendãt. Et de prædi-
cta ciuitate nullatenus secedant: nec res eorum de prædicta ciuitate ex-
trahantur: nec extrahi faciant eorum syndicatu durante: & donec oẽm
condẽnationem de eis secutam integre satisfecerint. Et potestas qui p
tempora erit teneatur & debeat uinculo iuramenti & pœna dupli ad i-
stantiam partis: seu ad requisitionem & instantiam dictorum syndica
torum modis omnibus necessariis & opportunis constringere & com-
pellere officiales prædictos per dictos syndicatores condẽnatos ad soluẽ
dum integre totum id & quicquid per dictos syndicatores iudicatũ ex-
titerit & mandatum. Tempus uero quo dicti officiales ad syndicatũ
morari debeant pro reddenda ratione prædicta finito eorum officio li-
mitamus & declaramus in hunc modum: quia si steterint per sex men-
ses tantũ in eorum officio sex dierũ spacium. Si maiori tẽpore usq; ad
annum inclusiue uel ultra ãnum quocũq; tẽpore plus steterint octo di
erum spaciũ ad syndicatum huiusmodi intelligimus ordinatũ. Et ha
beant dicti syndicatores plenum arbitriũ & potestatẽ ad requisitionem
dictorꝫ potestatis & officialium dandi eis unũ aduocatũ & unũ procura
torẽ tantũ & nõ plures de illis quos ipsi officiales petierint: & dandi ad-
uocatos & procuratores aduersariis dictorũ officialium in dicto syndica
tu unũ uidelicet tantũ aduocatũ: & unum procuratorem pro quolibet:
& non plures. Et possint & ualeant mandare aduocatis & procura-
toribus requisitis ꝙ recæpta competenti mercede præstent eorum patro
cinium eorum clientulis sub pœna arbitrio dictorum syndicatorũ im-
ponenda ipsis aduocatis & procuratoribus. Et nullus alter aduocatus
nec procurator qui non fuerit datus & deputatus per dictos syndicato
res dictis officialibus & aliis contra ipsos officiales petentes audeat nec

Tempus q̃ officiales ad syndicatu morari debent

præsũmat aduocare nec procurare in dictis syndicatibus. Et si contrafe
cerint incidant in pœnam decem librarum applicandaꝫ de facto dicto
cõi pro quolibet & qualibet uice. Q uæ pœnæ per potestatem ĩ officio
existentem ad instantiam dictorꝫ syndicatorꝫ de facto exigantur. Si ipsi
aduocati & procuratores fuerint ipsis syndicatoribus inobedientes: &
applicẽt cõmuni. Et si potestas in dicta executione negligens erit & re-
missus incidat ipse potestas in pœnã dupli applicãdi cameræ cõmunis.
Item dicimus & firmiter ordinamus ꝙ dicti syndicatores in dictis syn-
dicatibus procedere & terminare possint breuiter & summarie & de pla
no sine strepitu & figura iudicii & etiam diebus feriatis in honorẽ dei
& sanctorꝫ uel alia ratione: & omni iure & iudiciorꝫ ordine & solẽnita-
te omissis. Et in dubiis & casibus arduis super quibꝰ ipsi syndicatores
aliqualiter dubitarent recurrant ad consilium speciale uigintiquinq; cõ
siliariorũ: quod consilium teneatur & debeat eis statim puidere de uno
consultore non suspecto officialibus qui syndicantur: & secũdũ consili
um scriptum manu dicti consultoris ipsi syndicatores debeant procede
re & terminare prout res quæsiuerit. Et sic diligenter & sollicite syndica
tores se habeant: adeo ꝙ infra dictũ tempus syndicatus per sententiam
diffinitiuam absolutoriã uel condẽnatoriam prout iustitia exegerit de-
beant penitus expedire: sub pœna librarũ centum pro quolibet applicã
da cameræ cõis de facto per dominum potestatẽ. Et si infra dies totius
syndicatus sententia super processibus & querelis lata non fuerit abso-
lutorie uel condẽnatorie negligentia: & nõ iusto impedimento dictorꝫ
syndicatorũ uel rei grauitate de qua ageretur. quod iustũ impedimentũ
declarari debeat per consilium antedictũ an sit iustũ uel iniustũ impedi
mẽtũ: elapsis dictis diebus syndicatus officiales ipsi ꝙ absolutis habeant
ab inquisitione & ab omni querela: super qua seu quibus infra dictos
dies lata nõ esset diffinitiua sententia. Et syndicatores ipsi de his sup q-
bus omiserint ferre sentẽtiam eorũ negligentia (ut dictũ ẽ) teneantur
cõi phani & etiam personæ læsæ ad illud ad quod tenebant officiales p̃
dicti. Et nihilominus ipsi syndicatores pœna decẽ librarũ den. ꝙ quo-
libet & qualibet uice puniant. Sed si iusta causa & iusto impedimẽto
aut defectu consultoris nõ habiti uel nõ cõsulentis syndicatoribus in tẽ
pore opportuno uel quacũq; alia euidẽti & iusta causa declarãda (ut su
pra dictũ est) dicta sententia lata nõ fuerit in diebus syndicatus antedi
ctis: liceat officialibus stantibus ad syndicatũ si uoluerint dimissis eorꝫ
aduocato & procuratore & remanentibus eorũ fideiussoribus pro ipsis
officialibus obligatis de eorum fideiussorꝫ bona concordia & sponta-

Syndicatores recurrat ad silu spate

HAYKOVA BIBLIOTEKA OHY IMENI Н. МЕЛНИКОВА

nea uoluntate discedere cũ solutione integrali sui salarii. Et post p̃dicta statim infra tres dies teneantur dicti syndicatores dictũ eorũ syndicatũ per sententiam condẽnatoriam seu absolutoriam expedire. Et quod p sententiam condemnatoriam fuerit iudicatũ fideiussores prædicti pro suis principalibus teneantur. Quo termino elapso intelligantur absoluti cum omnibus fideiussoribus si dicta sententia lata non fuerit. Et si consultor iniuste consilium dederit: procedatur per potestatem contra eum: solum per uiam accusationis & cõdẽnet' in libris qnquaginta denar. applicandorum dicto cõi: & plus & minus arbitrio consilii uigintiquinq; ciuitatis Fani. Et si quis dederit dictis officialibus aliquam petitionem iniustam siue quam non probaret in termino: ipsi officiali succumbens in expensis legitimis condemnetur: non intelligendo de petitionibus quæ per iuramentum officialium siue iusiurandum expedirẽtur. Et si contigerit q̃ dictus potestas & officiales qui syndicantur ifra tempus syndicatus eorum se absentarent: seu recederent a dicta ciuitate ante eorum syndicatum & ad reddendum eorũ rationem non uenerint: quilibet tales fugientes repertos super territorio & districtu Phani capere & ad dictam ciuitatem & præsentiam suorum syndicatorũ cũ salmis & rebus omnibus eorũ reducere ualeant & possint libere sine pœna: & tũc cõtra eos & quẽlibet eorũ p̃ quocũq; querelante ad probationem querelæ iuramentum sufficiat querelantis: & habeantur pro cõfessis & conuictis de omnibus & singulis in inquisitione & querela contẽtis & tãq̃ confessi & conuicti possint & debeant condẽnari. Et nihilominus ad perpetuam ipsorum officialiũ infamiam tales officiales fugitiui in palatio cõis Fani expensis cõis depingantur. Qui syndicatores notarius & plazarius deputati in dictis syndicatibus fãcto & perfecto eorũ debito habeant & habere debeant a cõi salarium usitatum uidelicet solidos uiginti pro quolibet ipsorũ syndicatorũ & notarii: & solidos duodecim pro plazario. Et si quis iniuriam uerbo dixerit & fecerit dictis syndicatoribus ipso iure intelligatur condemnatus in libris uigintiquinq; : applicandis de facto per dominum potestatem Cameræ cõis Fani. Et si quis de facto iniuriam fecerit dictis syndicatoribus percutiẽdo siue aliter faciendo occasione dicti officii puniatur in quadruplum per potestatem in eo quod puniret' alius secũdũ formam statutorum. Et non intelligatur iniuria si quis dixerit. Voi non me fate ragione ouero p̃testo de mei damni & interessi. Item q̃ durante tempore syndicatus dictorũ potestatum & officialiũ nullus (cuiuscũq; conditionis existat) audeat iniuriari eisdem uerbo uel facto sub pœna tripli eius in quo ue-

niret condẽnandus secundum formam statutorum phani si alteri priuato intulisset iniuriam.

De Consilio generali cõmunis Phani & eius ordine. Cap. XII.

Statuimus & ordinamus q̃ numerus consilii generalis ciuitatis Fani sit & esse debeat de centũ ciuibus ciuitatis prædictæ: de origine propria & paterna uel propria q habitauerint cũ sua familia per uigintiquinq; ãnos ante introitũ dicti consilii & habitent & habeant domũ propriã sibi & suæ familiæ condecẽtẽ iudicio cõsilii specialis ciuitatis Fani & de paucioribus secũdũ tẽporũ exigentiam & qualitatem prout regentibus uidebit' expedire: ætatis uigintiquinq; ãnorũ & nõ minores: & qui sint homines boni graues & discreti: & qui uidebuntur esse utiles & habiles pro cõmuni Fani & eius utilitate ad consiliũ antedictum: qui ĩ principio primi consilii eorum introitus in manibus potestatis præsente & scribente cancellario Fani iurare debeant debene & fideliter se habendo & consulendo & ad consilium accedendo & de tenẽdo secrete credentias cõmunis. uidelicet perpetuas imperpetuum & temporales ad tempus: & oĩa alia operando quæ sint status honoris utilitatis & cõmodi Sanctæ Romanæ ecclesiæ & sũmorũ pontificũ/ & uniuersitatis dictæ ciuitatis: omni priuata affectione postposita: sub pœna eis & cuilibet eorum auferenda arbitrio potestatis. Et qui secreta consilii manifestauerit in præiudicium & dãnum cõmunis in libris qnquaginta denariorum puniatur: & plus & minus arbitrio potestatis in specta qualitate facti & conditione personæ. Et quando opus erit super propositis consulere quilibet uolens arrengare ascendere debeat arrengheriam in loco consilii existentem & rectus stare & non sedere. Et uno arrengante & consulente cæteri silere debeant & pati arrengatorem loq quæ sibi placuerint: sub pœna quĩq; solidorum uice qualibet qua quis arrengatorem impediuerit & arrẽgare passus non fuerit. Et potestas q̃ pro tempore erit quotiens fuerit opus & deliberatum extiterit per ipm & per dominos priores & consilium uigintiquinq; cõmunis Phani seu maiorem partem ipsorum conuocari debere consilium pro aliquo negocio uel utilitate dicti cõmunis teneatur & debeat facere consilium cõuocari & pulsari campanam: ad cuius sonum consiliarii more solito cõuocentur. In quo consilio nihil aliud proponatur neq; arrengetur nisi id & super eo quod per ipsos magnificos dominos Priores & per consilium uigintiquinq; seu maiorem partem ipsorum deliberatum fuerit: & obtentum proponi debere & arrengari in consilio antedicto. Et si aliter q̃ dictum est fieret: non ualeat ipso iure.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА
ДОНЫ имени Н.Н. НИКОВА

¶Item ꝙ ſuper omnibus & ſingulis in conſilio propoſitis debeat particulariter & ſingulariter arrengari per homines dicti conſilii. Et teneat & debeat cancellarius dicti cõis ſcribere ſingulariter & particulariter oia propoſita in dicto conſilio: & nomina arrengantium: & eorum dicta & partita ponenda per fabas ad buſſulas rubeam & nigram. Et debeãt poni partita ſeparata diſtincta & clara non bifurcata neq; duplicia: nec captioſa: & diſtincta non alternatiua ſed ſimplicia. Et ꝙ in conſilio generali debeant ſemper adeſſe duæ partes de numero totius conſilii. Et partitum quod in conſilio generali obtentum fuerit per duas partes conſiliariorũ tunc in conſilio exiſtentium uim & effectum teneat & roboris firmitatem: ac ſi per totum conſilium nemine diſcrepante obtentũ fuerit. Et quando per cancellarium dicta partita ponuntur & fabæ per cõmunis p̃conem dantur dando unam tantum pro ſingulo homine mittendam in dictis buſſulis ambabus manibus extenſis & miſſis in dictis buſſulis per quemlibet hominem de dicto conſilio Recollectis fabis repertis in buſſulis rubea & nigra prædictis ordinate debeant ipſæ fabæ p cancellarium prædictum in aperto in loco conſilii cõgregati coram poteſtate dominis Prioribus & hominibus dicti conſilii in uno bacili enumerari fortiter intelligibiliter & alta uoce p̃conis cõmunis. Et teneatur cancellarius prædicta omnia ſcribere clare & diſtincte in ſuis libris reformationum ut expedit. ¶Item ꝙ omnes conſiliarii dicti cõmunis ad dictum conſilium deputati pulſata campana communis ad congregationem conſilii ordinata ad conſilium prædictum accedere teneantur ſub pœna quinq; ſolidorum uice qualibet exigenda de facto a quolibet nõueniente: ſeu inobediente: niſi iuſta cauſa fuerit impeditus de qua ſtetur eius ſacramento. ¶Item ꝙ poteſtas non permittat aliquem morari in conſilio cum aliquid fuerit propoſitum uel cõſultum de facto ſuo proprio. & talis qui moraretur dum de ſuo facto tractaretur ſoluat cõmuni pro bãno decem libr̃. denar̃. Et nihilominus ſi reformatio fuerit facta in ſuum fauorem non teneat ipſo iure. Et poteſtas qui hoc paſſus fuerit perdat de ſuo ſalario uigintiquinq; libras den̄. cõi applicandas. ¶Item ꝙ in conſilio nullus rumor: neq; murmuratio fiat: ſed moraliter & diſcrete unuſquiſq; ſe habeat pœna prædicta quinq; ſolidorũ pro quolibet contrafaciente. Et ꝙ nullus audeat uel p̃ſumat proferre uerba aliqua contra aliquem arrengantem in conſilio uel exurgentem ad recordandum aliquid poteſtati pœna centum ſolidorum. Et ſi uerba iniurioſa dixerit alicui arrenganti uel conſulenti in ipſo conſilio uel occaſione dictæ arrengatiõis aliquid ſibi improperauerit uel iniurioſa uel

contumelioſa dixerit in decem libras denar̃. bãni nomine puniatur.

¶De conſilio ſpeciali cõis Phani & eius ordine.

Cap. XIII.

CVm difficile ſit & tedioſum occurrẽtibus caſibus ſæpiſſime generale cõſilium cõuocari: Statuimus & ordinamus ꝙ in noſtra ciuitate Fanẽſi ſit unum aliud cõſilium quod uocetur cõſilium ſpeciale de uigintiqnq; ciuibus eligendis de ſex menſibus in ſex menſes tollendis de numero cõſilii generalis ad deliberationem & uoluntatem regentium: In quo conſilio exequantur ea quæ uidebunt eſſe expeditiua & neceſſaria expediri pro cõmuni abſq; alia conſilii generalis conuocatione. Dũmodo in eo in præiudicium uniuerſitatis nulla datiua generalis ſeu collecta & expenſa imponatur ſine conſilii generalis deliberatione. Et nulla propoſita ſeu arrenga deducatur in conſiliũ generale ſi primo & ante omnia non fuerit deliberata & obtenta iter poteſtatem: Amicum cõmunis & maiorem partem dicti conſilii ſpecialis ad buſſulas & fabas ſiue palluctas quod in dictum conſilium generale deducatur. Et quando per tres uel plures ciues de numero dictorum conſiliariorũ recordaretur amico cõis aliquid quod cederet ad cõmodũ & utilitatem cõitatis ſeu ſpecialis perſonæ ſuper quo per dictũ cõſiliũ eſſet aliquid prouidendum. teneantur dicti dñs poteſtas & amicus cõmunis facere dictum conſilium ſpeciale conuocari: & in eo proponere per cancellarium ſeu amicum & recordatorem prædictum quæ per dictos ciues fuerint recordata & dicta: & ſuper huiuſmodi recordatione conſulant & deliberent conſiliarii de dicto conſilio ſpeciali quæ ſibi uidebũtur fore neceſſaria & opportuna & fieri debenda. Et quicquid in præmiſſis per dictum conſilium uel partem eorum ordinatam ſecũdum ordines dicti conſilii ſuo tempore deliberatũ extiterit plenã obtineat firmitatem: & in omnibus & per omnia exequatur.

¶De officialibus ad breuia eligẽdis in conſilio generali cõmunis Fani. Cap. XIIII.

Tatuimus & ordinamus ꝙ omnes officiales cõmunis Phani ordinarii ſingulis quattuor menſibus ĩ cõſilio generali ad breuia extrahantur & eligantur per ſortem more conſueto bona fide & ſine fraude per dominum poteſtatem & per amicum & per cancellarium communis Phani. adhibitis duobus pueris cum biretis ſeu capellis per quorum manus nomina conſiliariorum & breuium officiorum prædictorum ſingulariter extrahantur. et hi quibus breue officii tetigerit ſi erunt habiles & idonei ad illud officium exercendum exercere

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

poſſint per ſeipſos. Si autem non fuerint habiles neq; idonei eligant alium idoneum & ſufficientem qui illud bene ualeat exercere. Q uæ cõmunis officia ordinaria ſunt hæc. uidelicet.

¶Q uattuor notarii ad banchum tribunalis ciuiliũ cãrũ cõis Phani.
¶Q uattuor æſtimatores communis
¶Duo approbatores communis
¶Duo Capitanei ſuper piſcibus.
¶Vnus Notarius Capitaneorum ſuper piſcibus.
¶Capitaneus ſuper uiis & pontibus.
¶Capitaneus ſuper fornariis & fornaciariis.
¶Capitaneus ſuper molendinariis
¶Capitaneus ſuper uictualiis.
¶Notarius ſuper cancellatione condemnationum.

De electione quattuor notariorum ad banchum tribunalis ciuiliũ cauſarum communis Phani. Cap. XV.

Tatuimus & ordinamus q̃ omnes & ſinguli notarii matriculati in matricula notariorum communis Phani. Scilicet eorũ nomina debeant imbuſſulari per cancellarium communis Phani i uno buſſulo ad hoc ſpecialiter deputato: & cum aliquis notarius eligẽdus eſt ad dictum officium ciuilium: ille qui eligere habeat non poſſit nec debeat eligere aliquem qui non ſit in dicto buſſulo. Et illi qui fuerint electi: ſcilicet eorum nomina extrahi debeant dicto buſſolo & poni in alio buſſolo uacantium: qui non poſſint aliquo modo eligi amplius ad dictum officium quouſq̃ omnes qui ſunt in primo buſſolo imbuſſulati fuerint extracti. & ſi caſu electus ſit impeditus alter loco ipſius extrahatur cuius nomen ponatur in buſſolo & nomen impediti remaneat in primo buſſolo. Et ſi electus eſſet abſens qui ſit in ciuitate uel comitatu phani expectetur per duos dies. Et ſi uenerit & acceptauerit in dicto termino acceptetur & eius nomen ponatur ſimiliter in dicto buſſolo uacantium. Et ſi non uenerit eligatur alter loco eius: eo in primo buſſolo repoſito: ut ſupra. Si aũt fuerit abſens a ciuitate & comitatu loco illius eligatur alter & nomen ipſius abſentis dimittatur in primo buſſolo. In fine autem extractionis imbuſſolatorum ſi aliqui uenirent exrrahendi impediti uel abſentes a ciuitate & comitatu uel non accæptarent infra duos dies ut ſupra tunc reincipiat noua imbuſſulatio in qua reponant

impediti uel abſentes: ut ſupra una cum aliis. Et ſucceſſiue qui eligentur extrahantur de noua imbuſſolatione per modũ ſuperius declaratũ.

¶De officialibus eligendis in conſilio ſpeciali. Cap. XVI.

Tatuimus & ordinamus q̃ officiales cõmunis phani qui in conſilio ſpeciali uigintiquinq; conſiliariorum dicti cõmunis extrahuntur ex antiqua conſuetudine ſingulis ſex menſibus in dicto conſilio ad breuia extrahantur & religantur per ſortem: & exerceantur officia per principales uel ſubrogatos modo & forma ut ſupra in proximo ſtatuto dictum eſt: & in reformationibus dicti conſilii continetur. Amicus autem cõmunis extrahat & eligatur ut in ſtatuto de amico cõmunis continetur. Q uæ officia ſunt hæc: uidelicet.
¶Officium Amici communis
¶Officium Notarii gabellarum.
¶Officium ſuperſtitis cataſtorum.
¶Officium Notarii cataſtorum
¶Officium penſæ frumenti.
¶Officium bullæ beccariæ.
¶Q uattuor Sproccani unus uidelicet pro quolibet quarterio.
¶Duo æſtimatores carnium a beccaria.
¶Officium ſuperſtitis ſuper laboreriis communis.
¶Duo ſuperſtites cõmunis cũ ſocio milite poteſtatis ad curſus palioꝝ
¶Officium maſſaroli communis.
¶Officium ad faciendum iuſtificari & bullari barilia & alias menſuras & pondera ciuitatis & comitatus Phani pro uno anno.

De deueto officialium ciuitatis phani. Cap. XVII.

Tatuimus & ordinamus q̃ quicunq; officialis communis habuerit unum officium in dicta ciuitate uel eius comitatu ſeu diſtrictu illo durante non poſſit aliud officium ibidem habere ſeu exercere ſub pœna decem libr. den. cuilibet contrafacienti. Et nihilominus geſta per tales contrafacientes non teneant ipſo iure: & q̃ finito ſuo officio ipſe officialis uacet ab eo tanto tempore quanto primo fuerit in officio. Nec illud exercere poſſit. Et ſi contrafieret non ualeat ipſo iure. Et nihilominus talis officialis communis contrafaciens puniatur: pœna uigintiquinque libr. dicto communi applicanda.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Et ſi in aliquo quis ſpecialis homo defectu dicti officialis propter aliud officium exercere durãte alio ſuo officio damnificatus extiterit reficiat ipſe officialis de ſuo proprio dicto damnificato: & teneatur poteſtas p̃ſens ſtatutum de facto obſeruari facere pœna, xxy. libr̃. de ſuo ſalario retinenda tempore ſui ſyndicatus: Et nullus qui non poſſit eſſe de conſilio generali poſſit habere uel exercere aliquod officium ciuitatis Fani. & qui eum elegerit ſiue ſubſtituerit ſoluat communi quatraginta ſolidos. Et nihilominus talis electio ſiue ſubſtitutio nil ualeat: & ſit nulla ipſo iure. Et ſi contra prædicta dictus electus ſiue ſubſtitutus fecerit officium ipſum quoquo modo exercendo ſoluat communi decem libr̃. denar̃. de ſuo proprio nomine pœne. Non propterea hoc ſtatutum intelligatur de eo qui nõ poſſit eſſe in dicto conſilio ratione ætatis dummodo ſit maior decem & octo annorum & idoneus.

¶De officio quattuor æſtimatorum cõis. Cap. XVIII.

Tatuimus & ordinamus ꝙ quattuor æſtimatores cõmunis in conſilio generali ad breuia electi iurent & iurare debeant ad delationem cancellarii communis Fani eorum officium bene & diligenter exercere bona fide & ſine fraude. Et debeant duo ipſorum quotiens fuerint requiſiti & ad æſtimandum electi: uidelicet unus pro parte actoris & alius pro parte rei tenutas datas & acceptas & quicquid aliud æſtimandũ fuerit mandato domini poteſtatis uel eius iudicis ſeu alterius officialis bene & fideliter æſtimare omni fraude remota & æſtimationes reportare. Verumtamen ſi per actorem uel reum ſteterit quominus pro eius parte æſtimator eligatur poteſtas uel eius iudex eligat unum ex dictis æſtimatoribus pro eius libito uoluntatis pro parte eius per quem ſteterit quominus dictus æſtimator eligatur. Et pro eorũ labore habeant & habere debeant ſalarium infraſcriptum. Quod ſi extimabunt per ciuitatem habeant bononenos quattuor pro quolibet. Extra ciuitatem per unum miliare bononenos quinq; pro quolibet & qualibet uice. Ab inde ſupra unum bonoñ. pro quolibet miliare ultra dictos quinq; bonoñ. & expenſas uictus & uecturæ equorum. & poteſtas teneatur eos cogere ad eundum & æſtimãdum modo p̃dicto quotienſcunq; accedere recuſarent. Et ſi aliquis partium ſenſerit ſe grauatũ de æſtimatione facta eligi debeant alii duo extimatores ad reuidendum dictam extimationem & ſi eã affirmauerint uel aliter extimauerint eorum extimationi p̃ciſe ſtetur & ſtari debeat.

¶De officio approbatorum cõmunis. Cap. XIX.

Tatuimus & ordinamus ꝙ duo approbatores cõmunis in cõſilio generali ad breuia electi teneãtur & debeant fideiuſſores in cauſis criminalibus dandos ſi fuerint idonei approbare. Si uero non idoneos approbauerint ad id quod ipſi fideiuſſores non idonei approbati tenerentur ſi eſſent idonei ipſi approbatores teneant̃. Et habeant & habere debeant a camera ſalarium conſuetum: & nihil aliud quouis quæſito colore recipere poſſint uel debeant: pœna dupli.

¶De officio capitaneorum ſuper piſcibus & eorum Notario. Cap. XX.

Tatuimus & ordinamus ꝙ duo Capitanei ſuper piſcibus electi ad breuia in conſilio generali prouideant & prouidere teneantur una cum ſocio milite poteſtatis ut piſcatores artẽ eorum & præcipue in uendendo piſces bona fide & ſine fraude exerceant ſecundum extimationem & formam & modum ſtatuti loquẽtis de uẽditione piſcium. Et teneãtur & debeant fideliter extimare piſces recentes qui uẽdentur ad piſcariam phani: de peruſio ſiue comacchi uallibus conductos ſecundum ꝙ eis conueniens uiſum fuerit & æquum. Et habeant & habere debeant emolumenta licita & conſueta. Tempore uero quadrageſimali dictos piſces de peruſio extimare nõ debeãt: tamẽ uẽdi eos nõ permittant ultra unum bonoñ. pro qualibet libra tencax luporum ſiue Luciorum: Anguillarum & laſcharum more ſolito. Et auctoritate præſentis ſtatuti habeant arbitrium & bailiam uidẽdi omnes piſces in piſcaria exiſtentes & piſces bonos & ſanos qui eis uidebuntur meliores & ſaniores. Et de ipſis uendẽdis licẽtiam dandi: & alios piſces nõ bonos reprobãdi & uẽdi uetãdi. Et in prædictis & circa quodlibet p̃ dictorum mãdandi & præcipiendi pœnas & mulctas imponẽdi ſecũdũ formam ſtatutorum. Et ꝙ poteſtas & eius officiales teneantur exequi: & executioni mandare omnes deliberationes & ordinamenta prædictorum capitaneorum cum effectu ad omnem ipſorum requiſitionem. & eiſdem Capitaneis in concernentibus eorum officium ad omnem eorꝫ requiſitionem in prædictis & quolibet prædictorum dare auxilium cõſilium & fauorem ſub pœna decem librarum uice qualibet qua cõtrafecerint in prædictis dicto domino poteſtati & eius officialibus tempore ſyndicatus de facto auferẽda. Notarius autem dictorũ Capitaneorꝫ i dicto cõſilio ad breuia electꝰ teneat̃ & debeat extimatiões deliberationes p̃cepta & ordinamẽta p dictos Capitaneos factas ſeu fcã & alia ad dictũ eorꝫ offm̃ ſpectãtia bñ & fideliter ſcribẽ̃ et notar̃, put erit neceſſariũ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Et cum dictis capitaneis habeat & habere debeat emolumenta prædicta hactenus consueta.

De officio Capitanei super uiis & pōtibus & eiꝰ notarii. Cap.XXI.

a D conseruationem uiarum & pōtium districtus & comitatus Phani Statuimus & ordinamus ꝙ in consilio generali ciuitatis Phani eligantur duo officiales super reparatione uiarū pōtium & aquarum districtus & comitatus phani: quorū officialiū unus sit capitaneus & alius notarius qui solicite & fideliter attendere debeāt & uacare circa reparationes uiarum & aquarum districtus & comitatus phani & pōtiū & cloacarum & aliorum laboreriorum publice utilium & ad id officium spectantium: in quibus habeant dicti officiales liberū arbitrium potestatem & bailiam præcipiendi & mandandi & compellendi singulares personas ad faciendum quæ eis circa prædicta incubuerint. Qui officiales possint & teneantur ex debito eorum officii quandocunq; singulares personas compellere ad ea facienda. Excepto tempore hyemali: uidelicet a Calendis decembris usq; & per totum mensem februarii inclusiue: & exceptis temporibus recollectuū grani & uindemiarum & tempore guerrarum. Et teneantur dicti officiales singulis annis temporibus supra non prohibitis præconizari facere per ciuitatem phani publice ꝙ prædicta fieri debeant ut superius continetur infra terminum decem dierum in dicta grida & banno exprimendorum: sub pœna in statutis contenta. Post quem terminum officiales prædicti teneantur ire per districtum & comitatum ad uidendum si quæ fieri debuerint facta sint: & protunc a quolibet inobediente recipere possint pro eius inobedientia unum bonoñ. pro quolibet inobediente & ꝑ quolibet defectu. Cuius bononeni medietas sit Capitanei & alia notarii. Et nihilominus iterum & de nouo præcipiant & præcipere teneantur iis qui contumaces fuerint ut faciant quæ eis incubuerint & in ꝑdictis & quolibet prædictorum necessaria fuerint pro reparatiōe supradictorum infra alios decem dies: post quos iterum & de nouo officiales prædicti per districtum & comitatum uadant ad reuidendum si paruerint præcæptis & eis incumbentibus circa prædicta: a quibus inobedientibus pro eorum inobedientia & cōtemptu recipere possint a quolibet inobediente & pro quolibet defectu unum bonoñ. sortiendum iter ipsos officiales ꝑ medietate ut supradictū ē. Et nihilominus ꝑdictis inobediētibꝰ ꝑcipiāt quatenꝰ ifra alios dies ꝑdicta executioni mādasse debuerit. Post quos decē dies itez et de nouo ꝑ comitatū & districtū uadant/& fontes puniant & culpabiles ut supra: & inter se diuidāt ut supra dictum est. Necnon omnes & singulos inobedientes compellant de facto ad faciendum eis incumbentia super prædictis: cogendo eos realiter & personaliter. Et si opus fuerit illa fieri faciendo expensis prædictorum. Et nihilominus ab inobedientibus qui post tertiā monitionem fuerint inobedientes/solidos quinq; denar. deuenientes in cōmune accipiant. Et duret ipsorum capitanei & notarii officium per quattuor menses. Et ultra prædicta emolumenta nihil recipere possint ab aliqua singulari persona: sub pœna quadrupli eius quod recæperit a quolibet prædictorum. Et teneatur potestas dictis officialibus in ꝑdictis circa prædicta & quolibet prædictorum præbere auxilium consiliū & fauorem: & dare eis unum plazarium quotiēs illum requisiuerint ꝑ eorum officio exercendo: tam in ciuitate q̄ in eius comitatu & districtu: sub pœna decem librarum dicto potestati tempore syndicatus auferenda. Et quando plazarius curiæ haberi nō posset: liceat dictis capitaneo & notario unum plazarium reperire ad dictum officium exercēdū specialiter deputatum/cum ea prouisiōe: quæ eis uidebitur soluēda de pœnis cōtrafacientium in prædictis quæ in cōmune deuenirent.

Nota q̄ ē reformato .l. mōm Zapareli ad mag. s. q̄ plaz. deputat officialis tuit habere ultra salariū .15.

De officio capitanei super fornariis & fornaciariis. Cap.XXII.

f Tatuimus & ordinamus ꝙ capitaneus super fornariis & fornaciariis qui fuerit electus in consilio generali ad breuia singulis quattuor mensibus teneatur & debeat facere præconizari ꝑ ciuitatem Fani in principio sui officii/ut omnes & singuli fornarii & fornaciarii coram eo compareant & se præsentēt infra terminum octo dierum/& ipsis comparentibus iuramentum deferre de eorum arte bene & fideliter exercendo: & sine fraude: & prouidere/& sollicitare/ꝙ fornaciarii habeant formas laterū imbricum siue cupporū iustas æquas & appodimatas/& bulla cōmunis & dñi potestatis bullatas & mensuras: calcis & gipsi similiter iustas æquas & factas: prout in statuto de fornaciariis continetur/& dicta bulla bullatas & bene appodimatas. Et ꝙ fornarii panes seu panem bene coquant: nec plus q̄ debeant pro eorū mercede & labore accipiant: & cætera seruent & faciāt prout in statuto de fornariis cōtinetur. Et habeat & habere debeat dictus capitaneus a quolibet fornario & fornaciario duos bonoñ. temporī dicti præstiti iuramēti & quartā partē pœnaꝝ inuētionum ipsius capitanei: quas dicti fornarii & fornaciarii īcurrēt/secūdū forma dictoꝝ statutoꝝ de eis loquētiū.

vide .ii. l°. s. cap. 47 ī fine

sub ꝙ ℔ de forma lapidū cupporū .l. v. cap. 44.

vide l. eo. cap. 73

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ De pœna non parentiũ mandatis domini poteſtatis & aliorũ officialium ciuitatis & comitatus phani. Cap. IIII.

Statuimus & firmiter ordinamus quotienſcunq; contigerit q̃ ex dolo uel contumacia uel inobedientia mãifeſta alicuius cõmunitatis uel uniuerſitatis caſtrorũ & uillarũ Fani: uel ciuium & ſpecialium perſonarum cuiuſcunq; gradus & conditionis exiſtãt nõ ſoluentium ea quæ poteſtas & alii officiales phani mandant: aut non obtemperantium eiſdem officialibus in his quæ fieri debeant: & iuſte mandauerint ſuper concernentibus honorem & ſtatum Sanctæ Romanæ eccleſiæ & communitatis phani: Necnon ſuper ſpectantibus & pertinentibus ad officia dictorum officialium poſſint ipſi officiales punire inobedientes uſq; ad quantitatem pœnarum infraſcriptarum: ubi pœna limitata non eſſet per formam aliquorum ſtatutorum phani: Vt poſſit poteſtas pœnam imponeꝛ uſq; ad quantitatem decem librarum denar. Vicarius & Iudex ſuus centum ſolidorum: Miles ſocius uiginti ſolidorum. Et de exigendo uel non exigendo dictas pœnas ſtet in arbitrio dictis poteſtatis.

Potest iponere pena .x. li
Iudex eius centũ solid
Miles . xx. solidorũ

¶ Vicarius & iudex appellationum & gabellarum phani ſi fuerit doctor uel iuriſperitus uſq; ad quantitatem centum ſolidorum. Et ſi non fuerit doctor uel iuriſperitus uſq; ad quantitatem quadraginta ſolidorum. Officialis cuſtodiæ & damnorum datorum phani/& Capitaneus comitatus dictæ ciuitatis uſq; ad quantitatem uiginti ſolidorum. Et de exigendo uel non exigendo dictas pœnas ſtet in arbitrio & uoluntate dictoꝛ officialiũ. Et itelligat manifeſta iobediẽtia q̃cũq; appareret fuiſſe factũ p̃cæptũ perſonaliter uel bis ad domũ & in termino nõ cõpa

Vicarius gabellarũ centũ
Officialis custodiẽ, T.
officialis dãnorũ datorũ .xx
Capt. comitatũ fani

Inobedientia manifesta
diuatur & gñ

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

ruisse uel obediuisse officiali præcipienti ore proprio uel per commissi-
onem factam plazario præcipienti nomine dictorum officialium cum
littera commissionis uel sine dummodo retulerit ipse plazarius præcæ-
ptum fecisse ut ab officiali habuit in mandatis. Quæ pœnæ in casibus
prædictis possint exigi per dictos officiales de facto & absq; formatiõe
alicuius processus.

¶ In quibus causis & casibus extraordinarie procedatur. Cap. V.

STatuimus & ordinamus q̃ in causis & quæstionibus alimen-
torum, dotium, legatorum ad pias causas, mercedum seu sala-
riorum quomodocunq; debitorum ratione mercedis / rerum
depositatarũ/Rerum mobilium & pecuniarũ quomodocũq; debitarũ:
Restitutionis usurarũ pupillorum uiduarum/Captiuorũ seu carcerato-
rũ/Clericorũ & ecclesiasticarũ personarũ/ & quarũcũq; miserabiliũ per-
sonarũ monasteriorũ & locorũ piorũ agentiũ seu petentiũ & debitũ p̃/
tendentium quacũq; de causa redditionis administrationis cuiuscunq;
gestæ & administratæ tam pupillorum q̃ adultorũ furiosorum seu pro-
digorũ & cuiuscũq; alterius personæ: ac etiam in causis quæ uerterent
intra forenses non habitantes in ciuitate comitatu uel districtu fani seu
inter forenses prædictos & ciues quacũq; ratione uel causa. Ac etiam in
causis mercatorũ quorũcũq; seu quæ inter mercatorem & alium nõ exi
stentem mercatorem uerterent ratione & occasione mercãtiæ seu quæ-
stus. Ac etiam in quæstionibus & causis quæ inter socios cuiuscũq; quæ
stus seu mercantiæ uerterent & essent ratione mercantiæ seu quæstus i
qua societatem contraxissent. ¶ Ac etiam in causis & quæstionibus tur
batæ seu ablatæ possessionis quotiens pro illa retinenda seu recuperan-
da ageretur: & de dependentibus & connexis a turbata uel ablata pos-
sessione: ac etiam in causis damnorum datorũ & maleficiorũ quorun-
cũq;: & gabellarum: & quotiens de finibus seu terminis rerum immo-
bilium impositis: ãmotis seu quouis modo turbatis uel imponendis a-
geretur. Ac etiam in quæstionibus quacũq; de causa & quomodocũq;
uertentib⁹ & inter quoscũq; usq; ad summam quinq; ducatorum au-
ri. Seu etiam de pensionibus rerum quarũcũq; seu rerum locatarum.

Ac etiam quotiens ageretur ex publico instrumento cuiuscunq;
summæ / seu quantitatis pecuniæ / seu præcæpti uel sententiæ: seu con-
fessionis in iudicio factæ executio peteretur contra obligatum seu eius
hæredes. Seu etiam contra tertium possessorem in bonis ipsius debi-
toris condemnati seu confessi: seu contra præcæptum emanasset quæ

in bonis eius erãt tẽpore condẽnationis p̃cæpti seu confessionis factæ
& quotiens executio ultimæ uoluntatis de qua appareret publicum in-
strumentum nec abolitum: nec cancellatum: nec in aliqua sui parte su
spectum peteretur: & in causis damni infecti: noui opis nunciationis.
Procedi possit & debeat sine libello solenni: litis contestatiõe: & aliis so-
lẽnitatib⁹ iudiciorũ ordinariis sũmarie simpliciter & d plano sine strepi
tu & figura iudicii/qualiquali petitiõe porrecta seu narratiõe & petitiõe
corã iudice facta & in actis descripta: & facti sola ueritate inspecta parte
tñ aduersa citata secũdũ formam statutorũ cõis phani: quibuscũq; tem-
poribus etiam feriatis: feriis ad honorem dei & sanctorũ introductis: q̃
per statuta cõmunis Fani obseruari decernunt dũtaxat excæptis. ¶ Et
prædicta locũ non habeant quotiens ageretur de rebus quæ dicerentur
emphiteoticæ Intra quascunq; personas ecclesiasticas & sæculares i fo-
ro cõmunis Fani causantes in quibus agatur & agi debeat modo & for
ma solenni secundum formam statutorum cõmunis phani.

¶ Et ut in prædictis etiam quo ad modum procedendi omnis dubie-
tas tollatur/infrascriptam formam obseruari mãdamus: uidelicet q̃ p/
ducta petitione & copia ipsius parti/actoris expensis tradita/habeat re-
us terminum duorum dierum ad excipiendum: & ipsarum excæptionũ
copia parti data uel oblata/habeat actor terminũ ad primam iuris a die
datæ uel oblatæ copiæ ad replicandum: & oblata copia ipsarum reus si-
militer habeat duorum dierum terminũ/ad duplicandum: & ulterius
nullæ aliæ triplicationes uel quadruplicationes admittantur/& omnes
excæptiones tam oppositæ q̃ quæ opponi possent/auctoritate præsentis
statuti /intelligantur esse & sint reseruatæ in processu causæ cognoscen-
dæ & probandæ: excæpta excæptione mandati uel alia quæ contra per-
sonas in iudicio actitantes opponeretur/quæ ante dilationes probatori/
as discutiatur. Et p̃dictis (ut p̃fert) peractis/& legitimatis personis/sta-
tuatur simul & semel terminus utriq; parti ad probãdum quattuor/ qn
q; sex: septem uel octo dierum arbitrio iudicis/inspecta qualitate nego
cii/In quo termino si positiones produci contigerit & semel ipsis per al
teram partium fuerit responsum: & iterum eadem pars alias positiones
producat tunc & eo casu instante parte quæ tenetur respondere/ iudex
teneatur præfigere terminum unicum & peremptorium / arbitrio suo
moderandum ad ponendum & capitulandum quicquid uult & potest
unica uice: ne pars respondere debens pluries in responsionibus fatige-
tur: & termin⁹ p̃batori⁹ ex malitia retardet. in quo termio si aliq̃ ptiũ
testes iducer uellet teneat dicto termio durãte iducer: & p̃stito iuramto

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

examinari facere. Si tamen altera partium affereret medio ſacramento corporaliter præſtito: ſe in dicto termino fuiſſe impeditam & ideo ſecundam dilationem peteret: tali caſu ipſe iudex ſecundam dilationem cõmunẽ utriq; parti per diẽ minorẽ prima ſtatuere teneat̃. Et ſi pars cõtra quã teſtes induci cõtigerit uoluerit producere iterrogatoria / illa ifra unũ diẽ a die datæ uel oblatæ copiæ capitulorꝫ/ p̃ſentare teneat̃ / refrænanda & moderanda tũ arbitrio ipſius iudicis/iuxta diſpoſitionẽ iuris: qbus terminis elapſis/publicet̃ ꝓceſſus ad iſtãtiam petentis: Et uolens opponere cõtra teſtes & eorum dicta/habeat ipſo iure terminũ triũ die/rũ ad opponendũ a die datæ uel oblatæ copiæ/in quo termino: etiã iura inſtrumẽta publica: & omne aliud genus ꝓbationis ꝓduci & fieri poſſit/ad ꝓbandum excæptiões cõtra teſtes & eorꝫ dicta & totum ꝓceſſum. Q uo termino elapſo non admittant̃ amplius aliquæ poſitiones uel teſtes: ſed itelligat̃ ſtatutus terminus ipſo iure triũ dierum ad allegãdũ: Et iudex peractis p̃dictis teneatur cauſam per ſentẽtiam expedire tempore ſecũdæ monitionis: & oẽs dicti termini itelligantur peremptorii et continui: & nõ poſſint ſuſpendi neq; ꝓrogari per ipſum iudicem: niſi in caſibus ab aliis ſtatutis determinatis.

¶ De cauſis & caſibus in quibus ordinarie ꝓcedi poſſit. Cap. VI.

STatuimus & ordinamus q; in omnibus & ſingulis cauſis & q̃ſtionibus in quibus ſummarie nõ ꝓcedit̃ attẽta forma ſtatutorũ ordinarie ꝓcedat̃. Q uia oblato libello corã iudice & reo citato cõparẽte legitimatiõe mãdatorũ ꝓcuratorũ utriuſq; partis ubi cauſa ipſa ꝓcuratores ſeu alios alieno nomine agentes contigerit agitari primo facta/& petitionis oblatæ demum reo copia data expenſis actoris/detur terminus per iudicem trium dierũ ad reſpondẽdũ dictæ petitioni ſeu libello: quo elapſo/facta primo legitimatione mãdatorꝫ: ꝓcedat̃ ad litis conteſtationem & iuramenti de calũnia delationem & ipſius p̃ſtatiõem ſi a parte petitum fuerit ſeu etiam iudici uiſum fuerit deferendum: niſi in termino ad reſpondendum libello aſſignato reus opponeret excæptionem in competẽtiæ Iudicis/rei iudicatæ tranſactæ uel finitæ. Iuriſiurandi/ſeu etiam pacti de non agendo. Excõmunicationis Spoliationis contra inuaſorem agentem obiectæ: ſeu etiam nullitatis: & quæ iudicium retro nullum redderet. Q uas quidem excæptiones ad proceſſum reus in termino prædicto ad reſpondendum libello aſſignato, opponere teneatur ſi ipſis uti uoluerit contra proceſſum.

quo termino elapſo illas opponere uolẽs ſeu opponẽs ſuper ipſis ad ꝓceſſum impediendũ nõ audiatur. Niſi illarum notitiã poſt dictum terminum elapſum habuiſſe ſe dixerit & per eius ſacramentũ affirmauerit Q uibus quidẽ oppoſitis in proceſſu cauſæ ſuperſedeat donec ſup ipis & ipſarum ueritate diſcuſſum fuerit. Q uas quidem excæptiões. ſi opponi contigerit: opponens ipſas uel earum aliquam probaſſe cũ effectu teneat̃ infra octo dies: & plures ſi de maiori termino iudici uidebit̃ inſpecta facti excæptionis obiectæ qualitate: & loco i quo ipſæ probationes adeſſent a die obiectionis earum computandos. Ipſa tũ obiectionis die in termino p̃dicto minime computata. Q uibus quidẽ excæptionibus obiectis probatis Iudex ad ulteriora nõ procedat: ſed ſuper ipſis ꝓnunciet & partẽ opponentem ab inſtantia & ꝓceſſu abſoluat: ſeu eius examine relaxet: & agentem ſi ſibi uidebitur: conſiderata eius temeritate uel calumnia in expenſis cõdẽnet ꝓut de iure ſibi uidebit̃. Ipſis uero excæptionibus oppoſitis non probatis infra terminũ ſupradictũ Iudex ad ulteriora ꝓcẽdat prout ſuperius & infertus eſt exp̃ſſum. Et ꝓcedẽdũ eſſe ꝓnunciet: ac opponentem & non ꝓbantem actori in expenſis i duplum cõdẽnet actoris ſacramento declarandis: quas eidem reſarcire cõpellatur de facto remediis opportunis priuſq̃ in eius defenſione audiatur. Reſponſione uero facta libello ſeu petitioni porrectæ & excæptionibus ſupradictis non oppoſitis ſeu oppoſitis & non probatis Iudex partibus mandet litem conteſtari: & ſi qua partium conteſtari recuſaret. Iudex litem eẽ conteſtandam pronunciet: qua ꝓnunciatiõe facta habeat̃ lis pro legitime cõteſtata. Cõteſtatione uero litis ut ſupra facta & iuramento calũniæ p̃ſtito ſi p̃ſtari ut ſupra contigerit/actori de iure ſuo octo dierum ꝓ prima dilatione ad ꝓbandũ terminus aſſignet̃. Q uo termino elapſo alia dilatio ad ꝓbandũ eidem non aſſignet̃ niſi in prima dilatione pars ipſa fuerit impedita: & quicquid potuerit fecerit: quo caſu impedimento coram iudice allegato & ſpecificato p partem & iuramento p ipſam p̃ſtito ſup ueritate dicti impedimenti allegati & eius diligentia in probando adhibita ſex dierũ ꝓ ſecunda dilatione ad ꝓbandũ terminus aſſignet̃. Q uo elapſo ſi in dicto termino pars ip̃a rationaliter fuerit impedita ꝓbationes ſuas facere: & de impedimento iuſto & rationabili Iudicis arbitrio idonee p duos teſtes in uoce recæptos ſeu ad minus p unũ bonæ opinionis & famæ & ipſius ptis impeditæ ſacramẽtũ cõſtiterit / pti petenti tertia dilatio det̃ in qua tãtũ tempus quanto fuerit in dicta ſecunda dilatione impedita ad probandum aſſignetur. Vltra quas dilationes ipſi parti: quæ illas habuit nulla ulterius ad proban-

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

dū dilatio assignet. Termino uero seu dilatiōib⁹ supradictis actori ad p
bandū assignatis elapsis/reo similiter & simili modo & ordine petēti ad
probandū terminus & dilatio assignet prout in actore superius ē exp̄s-
sum. Et ubi contingat & necesse sit pro probationibus faciendis mittere
extra ciuitatē cōmitatum seu districtū Fani intra prouinciā tñ Marchiæ
tunc parti quæ in dictis locis probationes seu testes hr̄e dixerit. xv. die-
rum ad probandum & testes suos deposuisse faciendū terminus assigne
tur. Si uero extra prouinciam Marchiæ probationes seu testes habere di
xerit: tunc unius mensis & plus & minus arbitrio iudicis cōsiderata lo-
corum distantia & temporū qualitate. In quibus quidē locis terminus
assignetur per iudicem ad petitionem partis petentis/ac iurantis corpo-
raliter manu tactis scripturis se in locis p̄dictis probationes seu testes ha
bere q quidem iudex testium iuramenta & ipsorū examinationē in lo-
cis prædictis allegatis iudici seu rectori illius terræ cōmittere teneat mo
nēdo partem aduersam q̄ in locis p̄dictis si uoluerit interesse debeat te-
stium iuramentis & aliis probationibus faciendis in locis p̄dictis ĩteres-
se. Ad quæ loca in quibus probationes erant fiendæ seu testes examinā-
di pars monita demū accedere teneatur si a parte ad cuius petitionē cō-
missio facta fuerit: dum iter arripuerit personaliter uel ad domum fue-
rit requisita: de qua requisitione constet & constare debeat per publi-
cū instrumentum uel per acta notarii causæ. Et aliter si pars ipsa moni-
ta ut supra non fuerit requisita pro non monita & non contumace ha-
beatur. Et si pars malitiose calumniose: seu frustratorie seu mo-
randi iudicii causa probationes ab extra se habere dixerit & terminum
habuerit supradictum parti aduersæ in expensis ea occasione factis i du
plū cōdēnet. Et si in termino probatorio positiones seu capitula a parte
p̄duci cōtigerit: quibus a parte aduersa responderi petat: seu pars ipsa
contra quā positiones & capitula producerent/super quibus testes de-
berent examinari: & interrogatoria super ipis facere uellet secūdū q̄ te-
stes examinari deberent: donec positionibus ipsis responsum fuerit seu
super ipsis interrogatoria p partem facta non fuerint durante termino
ad illa faciendum assignito: Ad quæ interrogatoria facienda uni⁹ diei
terminus & plus & minus arbitrio iudicis assignet. Dilatio ip̄a & termi
nus assignatus non currat: sed in suspenso remaneat. Elapsis uero termi
nis probatoriis supradictis publicet processus & testium dicta apiant/
& partibus hincinde ad opponendum contra testes & ipsorum dicta &
opposita probandum & probatum habendum sex dierum terminus as
signetur & maior & minor Iudicis arbitrio cōsiderata qualitate negocii

& oppositionum probandarū. Et ad testes reprobandos non detur nisi
unica dilatio nisi fuerit de partium uoluntate: & aliter data nō teneat.
Q uo termino elapso ad producēdū oia iura & instrumenta quibus p-
tes ip̄e uti uoluerint. in causa quattuor dierum cōmuniter termin⁹ par
tibus assignet: infra quem partes ipsæ iura & instrumenta quibus i cau
sa ip̄a & coram eodem iudice uti uoluerint/producere teneant: post di
ctum terminum ad producendū non admittant: Et si producta fuerint
nō ualeant ipso iure & intelligat conclusum in causa. Q uo quidē ela-
pso & ipso iure intelligatur terminus statutus sex diebus ad allegandum:
& allegari faciendū partibus: Q uibus elapsis iudex ipse qui de causa
cognouerit infra sex dies sententiam diffinitiuam proferat inscriptis
partes absoluendo uel cōdēnando in & a principali petito & expensis p
ut de iure fuerit. Addentes etiam q̄ ubi causa aliqua per procuratorem
contigerit uentilari: parti petenti fiat: ut exhibeatur copia mandati expē
sis eius pro quo quis procuratorio nomine interuenerit:

De modo & forma citationis fiendæ. Cap. VII.

Q Voniam ab ea parte quæ est de in ius uocādo incohari debet.
Statuimus & ordinamus q̄ quotienscunq̄ contigerit aliquē
citari debere. seu ad iudicium euocari qui sit ciuis icola seu ha
bitator ciuitatis phani: eiusq̄ comitatus & districtus citari debeat perso-
naliter si poterit inueniri/alias citari debeat ad domum solitæ habitatio
nis: in qua tunc temporis cum eius familia habitaret. Et si personaliter
inuentus fuerit & citatus: seu per iudicem cōpetentem monitus suffici-
at unica citatio tantum uel monitio. Si autem ad domū habitationis e-
ius personaliter non inuētus: citatus fuerit bis citari debeat diuersis die
bus & horis. Q uibus quidem citationibus factis/sic citatus uel moni-
tus peremptorie citatus intelligatur: adeo q̄ si non comparuerit contra
ipsum tanq̄ peremptorie citatum & contumacem procedi possit: prout
iuris & statutorum cōmunis phani ordo exigit postulat & requirit. &
quotiens contigerit aliquem citari uel per iudicem moneri ut persona-
liter coram eo compareat & non per procuratorem: citatus ipse perso-
naliter comparere teneatur. Et quotiens aliquem de ciuitate phani seu
qui in illa moram trahat: uel extra in locis circunstantib⁹ infra tria mil
liaria citari contigerit personaliter: citari possit de mane p̄ sero hora iu-
ridica uel pro sequenti die iuridica: uel alia prout in citatione exprimet
Et si extra portam ciuitatis habitaret in tūbis & uillis dictæ ciuitatis uel i
comitatu seu districtu phani ultra tria milliaria Citat⁹ morā traheret in

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ имени И.И. МЕЧНИКОВА

citatione ipsa pro sequenti die iuridica ad comparendum & se legitime
præsentandũ terminus in citatione ipsa a iudice ꝑfigatur: & semp citat⁹
intelligat' pro hora iuridica diei ad quam quis citatus fuerit: qua dicta
die iura reddi contigerit per iudicẽ coram quo citabitur. Q ua hora ela
psa citatus nõ comparens eo ad cuius petitionem quis citatus fuerit cõ-
parente & citati contumaciam accusante pro cõtumace habeat'. Et non
possit aliquis comitatiuus Fani citari ad respondendũ de iure alicui pso
næ sine iudicis expressa licentiæ: & littera patenti scripta manu notarii a-
ctorum continente nomen citari facientis: & diem & horam qua citat⁹
debeat cõparere ad respondendũ de iure citari facienti: nisi personaliter
citaret' in ciuitate Fani ut supra. Q uam quidem litteram nũcius ille ci
tans ipsi citato personaliter inuento ostẽdere teneat': & dimittere copiã
(si uoluerit) sumptibus citati: & eo non inuento domi familiæ ipsius
habitationis referre teneat' continentiã litterarũ. Et aliquo tũc comparẽ
te & absentiam citati allegante detur terminus arbitrio iudicis ad absen
tiam ipsius citati, pbandã. Et si nemo de familia esset in domo tũc nũ-
ciet dictam citationem duobus uicinis prædicti citandi si cõmode habe
ri possit: & nuncius ipse citationem suam notario causæ referre teneat'.
seu in ipsa littera dictam relationem scribi facere per unũ ex notariis co
mitatus si potuerit reperire: uel referat ut supra dictum est notario cau-
sæ. Et de citationib⁹ & omnibus supradictis stet' & stari debeat relatio-
ni nuncii: qui etiam teneatur referre quomodo & qualiter & qua die ci
tauit an personaliter uel ad domum ut supra dictũ est: pœna .x. solido-
rum: & plurium arbitrio iudicis qualibet uice ipsi nuncio iminenti si cõ
trafecerit in prædictis uel aliquo prædictorũ. Q uam quidem relationẽ
notarius ipse inter acta causæ in scriptis eadem die relationis facere in oi
bus & per omnia prout nuncius ipse se fecisse retulerit clare & extẽse re-
digere teneatur. Et casu quo nuncius retulerit citandum non inuenisse:
nec eius familiã. sed ipsum cum sua familia a ciuitate comitatu & distri-
ctu Fani se absentasse: de quo eo casu nuncius perquirere teneat'. tũc ste
tur relationi dicti nuncii & pro absente citandus habeat' & intelligatur.
& contra ipsum prosecutio fiat & ꝓcedat' ut infra imediate sequitur.
Si uero aliquem ciuem comitatiuum uel districtualem Fani qui a dicta
ciuitate se absentasset cum eius familia: alibi moram trahendo: citari de
bere contigerit: citari debeat ad domum eius ultimæ solitæ habitationis
per cedulam eius domi affigendam si domus sit sua: & p præconem ut
infra proximo casu. ¶ Si uero domus ultimæ habitationis sua nõ fue-
rit: per edictũ foribus palatii domini potestatis affigendũ cum citatione

publici ꝑconis in audientia palatii cõmunis prædicti ad fenestras: siue i
aliis locis patentibus ubi officia exercent' per officiales Fani: bis diuer-
sis diebus & horis iuridicis: In quo quidem edicto uel cedula domi af-
figenda: ut supra citet' ad respondendum de iure & ad omnes & singu-
los actus causæ & totum processum & eidem ad se præsentandũ & com
parendum octo dierum & plus & minus arbitrio iudicis terminus præ
figatur in dicto edicto & citationis cedula cum cõminatione: ꝙ ipso nõ
comparente elapso termino antedicto ad ulteriora usq; ad sententiã eo
minime ulterius citato ut iuris fuerit procedet'. Q uæ quidem citatio ꝑ
peremptoria habeat' quo ad dictam causam & omnes actus eius: quod
qdem edictum in dictis foribus palatii affixum in cedula domi affixa:
ut supra debeat permanere durante termino supradicto & etiã post ter-
minum: donec causa fuerit expedita: ut citatio ipsa in ipsius absentis ci-
tati notitiam omnimode ualeat peruenire. & qui edictum ipsum affixũ
uel cedulam prædictam amouerit absq; iudicis expressa licentia de qua
in actis notarii constare debeat pœna lib. decem deñ. de facto puniatur
absq; processu quotiens quis repertus fuerit culpabilis de amotione ꝑ-
dicta: & quilibet possit amouentem denũciare & accusare: & habeat me
dietatem pœnæ prædictæ etiam si fuerit socius seu particeps amotio-
nis prædictæ: & eximatur a pœna denuncians uel accusans antedictus
& etiam possit Iudex ex officio ꝓcedere: & credat' de amotione prædicta
uni testi cum sacramento & etiam ipsi accusanti uel denũcianti si se amo
ueri uidisse iurauerit. Et quotiens edictum prædictum uel cedula affigi
seu amoueri iudicis mandato contigerit: stetur relationi nuncii affigen
tis seu amouentis: de qua constet per acta causæ: & de mandato Iudicis
stetur scripturæ notarii. Forenses uero nõ habitantes in ciuitate comi-
tatu uel districtu phani: qui in dicta ciuitate conuenirent' quacunq; ra-
tione uel causa qua in ciuitate prædicta cõueniri de iure posset: citari suf
ficiat per edictum publicum affigendum & affixum dimittendum: &
bis per præconem ut supra. ¶ Et possit citatio fienda de quocũq; ad re
spondendũ de iure parte petente cõmitti a iudice ẽt pro tribunali nõ se
dente & per notarium scribi cõmissio quacũq; die etiam feriata. Feriis i
honorem dei dũtaxat excæptis & cõmissa ẽt cum cedula uel littera ut su
pra fieri possit per nuncium diebus quibuscunq; pro die iuridica. Die-
bus dominicalibus pascalibus & diebus festiuitatum Virginis Mariæ &
natiuitatis beati Ioãnis baptistæ & duodecim apostolorum & sancti pa
terniani dũtaxat excæptis ¶ Saluo ꝙ rustici & omnes habitantes in eo
comitatu uel districtu phani in ipsa ciuitate reperti possint diebus feria

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНЛАЙН ИМЕНИ Н. МЕЛЬНИКОВА

tis etiam in honorem dei pro die iuridica citari. Et ſimiliter forenſes citari poſſint in ciuitate uel comitatu ſeu diſtrictu Fani reperti. Quo cauſu ipſa citationis commiſſio ipſo iure die iuridica præcedente facta eſſe intelligatur. Declarantes q̃ in omnibus cauſis in quibus littera uel cedula nõ requiritur ut ſupra: poſſit pars citari ſine iudicis commiſſione ad petitionem cuiuſcunq; petentis. Et talis citatio iuris effectum ſortiatur: ac ſi commiſſio iudicis præceſſiſſet. Citatus uero ut ſupra non comparẽs & contumax nõ audiatur niſi parti refectis expenſis per iudicem uel ciõ cõmiſſarium taxandis. Et alio modo facta citatio q̃ ut ſuperius eſt expſſum non ualeat ipſo iure. ¶ Addentes q̃ ſuperius dicta de citatione per edictum ſeu cedulam & proclama fienda locum habeant in cauſis excedentibus ſũmam decem librarũ deñ. Abinde uero ſupra ſufficiat altera tãtum citatio: uidelicet per edictũ ſeu cedulam/uel proclama.

¶ De ſecuritate uenientium ad curiam officialium cõmunis phani.

Cap. VIII.

QVia ad iudicium euocati publica debent ſecuritate gaudere: & prætoris euocatio nemini debet eſſe captioſa: ſtatuimus & ordinamus q̃ quotiens quis abſens a ciuitate comitatu uel diſtrictu Fani mãdato officialis alicuius cõmunis Fani iuriſditionem & cauſarum cognitionem habentis perſonaliter fuerit euocatus: ut perſonaliter ſe debeat præſentare cauſa teſtimonii ferendi: ſeu pro reſpondendo poſitionibus in ciuili uel criminali: ſeu pro reſpondendo alicui accuſæ denunciationi ſeu inquiſitioni de eius crimine: ſeu pro ſe defendendo in cauſa criminali in qua procuratorem de iure habere uel defacto non poſſet: ſeu ex alia cauſa neceſſaria publica uel priuata cuius ratione eiuſdem citati perſonali præſentia opus eſſet: habeat inueniendo & redeundo ac in ſtando donec neceſſitas euocationis affuerit / in ciuitate phani donec ibidem cauſa prædicta moraret' ſecuritatem & ſaluum conductũ & ad dictã ciuitatẽ & de ipſa ciuitate & comitatu & ipſo iure auctoritate præſentis ſtatuti habere intelligatur a cõi Fani & eius officialibus Saluũcõductum & liberam ſecuritatem: adeo q̃ ptextu alicuius debiti/ ſeu etiam condemnationis pecuniariæ de ipſo in cõi uel ſingulari perſonæ factæ criminis uel alia ratione moleſtari nõ poſſit neq; capi detineri ſeu areſtari non obſtante aliquo in cõtrarium faciẽte: ſub pœna quinquaginta librarũ deñ. cuilibet priuato: & cẽtũ libr'. deñ. cuilibet officiali/ contrariũ faciẽti. Et pñs ſtatutũ nõ uẽdicet ſibi locũ in cõdẽnatis pro rebellione: nec i cõdemnatis pro homicidio ſeu aliquo crimine: exquo pœna mortis ſeu perſonalis imponenda ueniret. Nec eis proſit in aliquo:

Sed licitum ſit eis p procuratorem ſe defendere in caſib⁹ quibuſcũq;.

¶ Quod non ſuppoſiti iuriſditioni cõis Fani contra ciues non audiantur niſi ſatiſdent: & de ſatiſdationib⁹ præſtandis. Cap. IX.

NE ciues & incolæ uel ſuppoſiti iuriſditioni cõis phani a forenſib⁹ & aliis perſonis iuriſditioni cõmunis Fani nõ ſubiectis in uanũ fruſtrentur laboribus & expenſis. Statuimus & ordinamus q̃ nullus iuriſditioni cõis Fani nõ ſuppoſitus: & qui ordinarie cõueniri coram iudicibus cõis nõ poſſet: & qui in ciuitate comitatu uel diſtrictu Fani bona ĩmobilia non haberet ualore centum librarũ deñ. ſuppoſita iuriſditioni cõis Fani & plurium & pauciorum arbitrio iudicare debentis attenta quantitate & qualitate petitionis ſeu reconuẽtionis cõtra ciuem comitatiuum uel diſtrictualẽ Fani incolas ſeu habitatores dictorum locorum: nõ audiat' in aliquo: nec eidem per officiales cõmunis Fani ius reddat': niſi primo præſtita idonea ſatiſdatione: ſeu fideiuſſore dato: qui poſſit conueniri ſub iudicibus cõmunis phani: & qui ſit facilis conueniendo in ſpecta qualitate perſonarum tã eius cui dari debebit: q̃ ipſius fideiuſſoris dandi/ & rei qualitate & quantitate/ de reficiẽdis expenſis & lite, pſequenda & ſtãdo iuri tã in lite quã incohare uoluerit: & tã coram primis iudicibus q̃ corã quibuſcunq; aliis qualitercũq; ſequentibus uſq; ad ultimam ſententiam /quæ tranſeat in rem iudicatam q̃ etiam in qualibet cauſa conuentionis mutuæ ſeu reconuentionis de ipſo agente fiendæ coram iudicibus antedictis lite per ipſum mota pendẽte/niſi a ſatiſdatione prædicta fuerit releuatus de conuẽti uolũtate. Et quicquid factũ fuerit in fauorem ipſius non ſubiecti agentis dicta ſatiſdatione petita non præſtita/nõ ualeat ipſo iure. Nec in prædictis ſufficiat iuratoria cautio ipſius nõ ſubditi agentis: ſed ſolũ propter paupertatem & inopiam ipſius de qua legitime p teſtes idoneos cõſtet a dicta ſatiſdatione præſtanda excuſet' uſq; ad ſũmã libr. decem deñ. Et eo caſu iuratoriam cautionem de ſtãdo iuri & de reficiẽdis expenſis, ut ſuperius eſt expreſſum præſtare teneat'. Et ne forenſes ſeu nõ ſubditi p̃dicti a ſubditis plus debito in ſatiſdatione p̃ſtanda grauent': de ſtando iuri in cauſa reconuentionis ita demum teneri uolumus: ſi reus ipſe conuẽtus ſatiſdationẽ prædictam poſtulãs/cauſam & quantitatem pro qua ipſum reconuenire uelit expreſſerit ac iurauerit eẽ uerã & ſe pro tũc in promptu eius iura nõ habere: & calumnioſe dictam ſatiſdationem nõ petere. et ſi dicta ſatiſdatio calũnioſe petita fuerit & p̃ſtita per agentem: & demũ qui illã petierit agẽtẽ nõ cõuenerit ſeu recõuenerit durãte iudicio ſupradicto/ cõdẽnet' ipſi q illã p̃ſtiterit in expẽſis & intereſſe factis oc

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

casione ꝑdicta/nisi cõcordia inter eos facta fuerit post dictã satisdationẽ
ꝑstitã.quo casu q satisdationẽ illã petierit mime cõdẽnet'.Et qd supradi
ctũ ẽ de satisdatiõe ꝑstãda a nõ subdito cõtra subditũ agẽte: Locũ sibi uẽ
dicet ẽt si nõ subditus subditũ recõueniret seu mutuo cõueniret. Quo
casu quæ supius sunt expressa ꝑ oia obseruent'. Et eo casu quo forensis
seu nõ subditus dicti cõis ꝑ ꝓcuratorẽ cõtingeret subditũ cõuenir' seu re
cõuenir':idẽ ꝑ oia obseruet':nec ad excusandũ a dicta satisdatiõe ꝑstãda
sufficiat:si dñs i mãdato ꝓcur' ꝓcuratorẽ releuauerit:nisi forte i mãdato
ipo & rleuatiõe ꝑdcã fideiussõ subditi iurisditiõi dicti cõis & idonei ut
supra ascripti fuerit:Ciuis uero seu subditi iurisditiõi cõis Fani agẽs cõ
tra ciuẽ seu subditũ dicti cõis ad dictã satisdationẽ ꝑstãdã mime teneat'/
sed iter eos sola iuratoria cautio sufficiat si a ꝑte satisdatio fuit postulata.

¶ Quod forensibus nõ prosint beneficia statutorum cõis pha
ni i ꝓiudicium cõis uel subditorũ phani. Cap. X.

Voniã cõgruũ ẽ ut uni q̃sq̃ legẽ patiat' quã tulerit & utat' eodẽ
iure cõtra se qd ꝓ se utit' in fauorẽ: Statuimus & ordinami q̃
bñficia statutorũ Fani nõ ꝓsint in aliquo alicui forẽsi q in ciui
tate comitatu seu districtu Fani icolatũ seu domiciliũ nõ habet: Sed ipis
forẽsibi fiat i foro cõis Fani cõtra ciues & icolas seu subditos dicti cõis i
agẽdo uel defẽdẽdo:seu alio quoquo modo illud idẽ ius uniformiter
qd fieret fanẽsi seu icolæ uel subdito cõis Fani cõtra dictũ forẽsem agẽ
ti uel se defẽdẽti i foro seu domicilio dicti forẽsis agẽtis uel se defẽdẽtis.
Dũmõ hoc cedat iutilitatẽ & fauorẽ cõis Fani uel eiꝰ ciuis seu icolæ uel
subditi id istãtis & petẽtis fieri.Et qcqd cõtrafieret nõ ualeat ipo iur'.In
cõtractibꝰ aũt & negociis gestis & factis iter subditũ cõis Fani & forẽsẽ i
ciuitate comitatu & districtu Fãi fiat ius scdm formã statutorũ cõis fani.

¶ De ꝓcuratoribꝰ in ciuilibꝰ admittẽdis. Cap. XI.

Statuimꝰ & ordinamꝰ q̃ i ciuilibꝰ ꝓ ꝑsona extranea uel cõiun
cta qlibet agere possit cũ mãdato:dũ tñ maior sit.xx.ãnorũ: ꝓ
cõiunctis aũt usq̃ ad quartũ gradũ ad agẽdũ admittat' ẽt man
datũ nõ habẽs cũ cautiõe de rato.Ad defẽdẽdũ aũt cũ mãdato & sin̄ qli
bet admittat' ut iuris ẽ maior tñ.xiiii.ãnorũ.Et nemo admittat' ꝓcurator
ad ꝓcurãdũ: q nõ sit matriculatꝰ: & acta & agitata ꝑ ꝓcuratorẽ nõ ma
triculatũ ipso iur' sint & itelligant' nulla.Et ꝓcurator ꝓ alio iterueniens
cũ mãdato speciali uel generali ad cãs de quo facta fuerit fides ꝑ notariũ
inde rogatũ q dixerit se de illo eẽ rogatũ uel de quo cõstet ꝑ publicũ in
strumẽtũ scriptũ manu publici notarii:Mãdatũ idoneũ & sufficiẽs itelli
gat' hre quo ad cãs i qbꝰ interuenerit & cõstitutꝰ fuerit & cãm cõuẽtio
nis seu recõuẽtiõis & i cõnexis & depẽdẽtibꝰ ab eisdẽ libeꝛ/& gñale cũ

plena libera & gñali ptãte & administratiõe agẽdi uel defendẽdi & alia
ptinẽtia ad agẽdũ & defendẽdũ faciẽdi:his dũtaxat excæptis ad quæ de
iur' exp̃ssum & speciale mãdatũ reqreret':Ad quæ dictũ mandatũ gñale
nõ se exp̃ssim extẽderet: nisi i dcõ mandato aliq̃ exp̃dictis quæ mãdatũ
exigerẽt speciale forẽt exp̃ssa cũ adiectiõe clausulæ generalis post enũme
rationẽ certorũ ex casibꝰ specialibꝰ appositis.Quæ qdẽ clausula ad simi
lia tm̃ exp̃ssis porrigat' & porrigi itelligat'.& q mãdatũ idoneũ ut supra
habuerit admittat'/absq̃ aliq̃ ratificatiõe principalis/ quæ ꝑ aduersariũ
peti cõtigeret/ꝑ quã petitionẽ seu excæptionẽ nõ retardet' ꝓcessus dictis
casibꝰ.Et teneat' ꝓcurator cũ mãdato ꝓ alio agẽs/uolẽs ad agẽdũ admit
ti copiã sui mãdati si apte petat' facer' eiꝰ expẽsis ꝑ quo iteruenerit:si pars
ipsa cõtẽta nõ fuerit fide de eo ꝑ notariũ facta:excæptis causis a qnq̃du
catis auri ifra iclusiue i qbꝰ sola fides facta ꝑ notariũ publicũ sufficiat cũ
ꝓmissiõe simplici derato ꝓcuratoris interueniẽtis.Tutores aũt pupillo
rũ & curatores minorũ seu maiorũ ꝓdigorũ furiosorũ uniuersitatũ syndi
ci ꝓcuratores hyconomi & alii qlibet legitimi administratores quorũcũ
q̃ q pro se iteruenire nõ possent admittant':si de eorũ mãdato fidẽ fece
rint ꝑ notariũ q de illo dixerit se eẽ rogatũ ad plenũ uel ꝑ publicũ istru
mẽtũ scriptũ manu publici notarii:ac ẽt inuẽtarii administratiõis eorũ ꝑ
eos facti.De quo qdẽ fidẽ facer' teneant' ꝑ notariũ ut supra uel ꝑ publi
cũ istrumẽtũ tã ad agẽdũ q̃ ẽt ad defẽdẽdũ.Et loco ipsorũ ad cãs seu cau
sam eorũ quorũ administrationẽ gerũt oẽs legitimã administrationẽ ha
bẽtes ꝓcuratorẽ cõstituere possint & ualeãt tã ante litẽ cõtestatã q̃ post.
quorũ qdẽ administratorũ mãdati copiã (si petita fuerit) pars petẽs suis
expẽsis tollere teneat':si de fide facta ꝑ notariũ inde rogatũ cõtẽta nõ fu
erit.Tutrices aũt seu curatrices ꝑ se ipas pro his quorũ administrationẽ
gerũt i iudicio agẽdo seu cõueniendo iteruenire nõ possint sed procura
torem cõstituer' teneat':nisi i casibꝰ qbꝰ d iur' cõi fœminæ pro aliis iter
uenir' possint:& ꝓnũciatiõe fcã ꝑ iudicẽ sup mãdatis nõ audiat' ulteriꝰ
uolẽs ipugnar' mãdatũ:sed fcã & actitata i eo iudicio teneat & sortiat' ef
fectũ:ac si mãdatũ ralr' hũisset quo ad fauorẽ eiꝰ ꝓ quo talis ꝓcuratorio
noie seu alio quouis noie iteruenisset:quo aũt ad dãnũ dñi/& eiꝰ ꝑ quo
qs iteruenerit ꝑdcã ꝓnũciatio & actitata cũ ñ hñte mãdatũ nullũ sortiat'
effectũ:sed semꝑ licitũ sit dño & ei ꝓ quo aliꝰ iteruenerit ipugnar' mãda
tũ nõ obstãte ꝓnũciatiõe ꝑdcã:nisi is ꝑ quo & cuiꝰ noie iteruẽtũ fuerit i
iudicio existẽs maior.xxy.ãnis & sui iuris/sciuerit ꝓ se & eiꝰ noie agi i iu
dicio uel dfẽdi & agẽtẽ seu dfẽdẽtẽ noie suo passus fuerit: & a ꝑdcã ꝓnũ
ciatiõe nõ reclamauerit.quo casu nõ audiat' uolẽs ipugnar' mãdatũ:sed
eiꝰ nomine actitata ualeant & teneant & plenum sortiantur effectum.

HAYKOVA BIBLIOTEKA OHY IMENI M. M. ПИКОВА

& inter alia itelligat hoc sciuisse & passum eē si talis principalis respōde
rit positionib⁹ ꝓductis p ꝓcuratorē partis aduersæ/cū suo ꝓcuratorī quē
ipe principalis modo negat: & legitimatio mādatorꝝ facta ēt inter easdē
psonas in una cā nō ꝓsit in alia. Sed dūtaxat in cā principali in qua pro-
nūciatio facta fuerit & in causis appellationū eiusdē. Et filiusfamilias
ꝓ alio agere & defendere possit: ac si foret sui iuris etiā sine eius consen
su in cuius existeret potestate. Addētes ꝙ ex gestis in iudicio agēdo uel
cōueniendo per ꝓcuratorem alterius mandatū habentē generaliter uel
specialiter: dūs obligetur ꝓinde ac si p ipsum egisset seu cōuētus fuisset: &
pro ꝓcuratore suo in iudicio fideiussisset seu ꝓmisisset; ꝙ quo auctorita
te ꝑtis statuti semp ex solo mādato fideiussisse intelligat. Et ꝓcurator
ipse ad satisdādū i iudicio: & satisdationes iudiciales ꝑstādū minime te-
neat: Sed ad solū nuda cautiōe ꝓmittēdū i casib⁹ i qbus de iure ꝓmit-
tere ac satisdare tenent: nisi ab eadē nuda ꝓmissiōe ꝓ dūos cōstituētes
fuerint ꝓ eorꝝ ꝓmissionē & fideiussoris dationē in instrumēto eorꝝ mā
dati totaliter releuati: Et ꝓ hoc tñ nō deroget in aliquo statuto posito
sub rubrica. Q d nō suppositi iurisditiōi cōis Fani &c. Et nō possit nec
sufficiat mādatū ꝓbari nisi ꝓ publicū īstrumētū: aut fidē factā ꝓ notariū
ciuitatis q de dicto mādato dixerit se fore rogatū ad plenū ut superius ē
exp̄ssum: & nisi quatenus aliter sit de iure permissum.

probetur mandatum

De excæptiōib⁹ habentib⁹ ipedire litis ingressū. Cap. XII.

Quia nō nūq: imo plerūq; ad ꝓcessū dilatādū & litis ingressū ipe-
diēdū magis q ꝑtextu defensionis excæptiōes opponi contin-
git ne ex cuiuslibet excæptiōis obiectu lites retardent & ꝓtrahā
tur in lōgū: statuimus & ordinamus ꝙ nulla excæptio dilatoria seu de-
clinatoria litis ingressum habeat ipedire. nisi opponat excæptio rei iudi
catæ seu litis finitæ. Iusiurandi. Trāsactionis. Pacti de nō agēdo. Expo-
liatiōis cōtra iuasorē obiectæ: & excōicationis. Incōpetentiæ iudicis: &
falsi seu minus legitimi ꝓcuratoris. Q uæ qdē excæptiōes si opponi cō
tingāt: opponi debeāt i termino ad respōdēdū libello ꝑfixo: & ꝓbari de
beāt ifra octo dies & plus & minus arbitrio ꝑtātis secūdū distātiā loci &
q̄litatē facti & habilitatē ꝑsonarū a die obiectiōis earꝝ: Ipsa die obiectio
nis i termino minime cōputata: & opponēs illas & nō ꝓbās ifra termi-
nū supradictū i ipsis minime ulteri⁹ audiat & parti aduersæ i expēsis cō
dēnet i duplū. Et opponēs aliquā ex dictis excæptiōib⁹ ad ꝓcessū quas
nixus & conat⁹ ꝓbar fuerit & nō ꝓbauerit: illas ulteri⁹ ꝓbare nō possit:
nec ēt ad merita cāæ oppōi. Et postq̄ aliquæ ex dictis oppositiōib⁹ oppo
sitæ fuerit Iudex ifra dictū terminū supsedeī teneat quo ad ꝓcessū causæ

sed solum examinationi & discussioni dictarum excæptionum intēdat.
Et si illas repererit esse ueras opponentē ab ea iurisditiōe & examine seu
instantia iudicii absoluat: & partem aduersam in expensis cōdēnet. Nisi
ex iusta causa in eius sentētia exprimenda illam duxerit absoluendam:
Si autem illas non repererit esse ueras: ad ulteriora ꝓcedat secundū for-
mam statutorū phani & opponentem ut supra in expensis cōdēnet.

De litis contestatione & sacramento calūniæ. Cap. XIII.

Vt lites quanto citius possit expediant: statuim⁹ & ordinam⁹
ꝙ facta legitimatione mandatorū: & nullis obiectis excæptio-
nibus contentis in proximo p̄cedēti statuto: uel ipsis oppositis
& non probatis Iudex mandet litem a partibus contestari & illas com-
pellat: remediis opportunis. Et intelligat esse contestata per petitionem
actoris & cōfessionem seu negationem rei: seu etiam quotiens notarius
in actis attestabitur simpliciter litem fore legitime contestatam licet mo
dus contestationis per acta notarii nō appareat. Possit tñ iudex una par-
tium litem contestari uolente & altera recusante expresse seu ea citata ad
litem contestandam minime cōparente cum parte præsente litem cōte-
stari & pronūciari litem contestandam esse & pro cōtestata haberi: & ad
ulteriora procedere & procedendum esse: ac si lis foret legitime contesta
ta. Et demum parte instante sacramentum calumniæ deferat primo
actori deinde reo: & altera partium recusante iurare si actor fuerit: ipso
iure cadat a causa & pro condemnato in expensis habeatur absq; alia cō
demnatione. Et si recusauerit reus pro confesso & conuicto ac condem-
nato habeatur ipso iure absq; aliqua condemnatione tam in principali
q̄ in expensis. Et possit Iudex quandocūq; sibi uidebitur & in quacūq;
parte iudicii: & super quolibet articulo ad petitionem partis & etiam ex
officio sacramentum malitiæ cuilibet partium deferre/prout sibi uide-
bitur: tam in principali q̄ appellationis causa: & recusantē de malitia iu
rare in articulo proposito/super quo debite delatum extiterit sacramen
tum/non audiatur. Sed omnino ab illo repellat tanq̄ super illo de ma-
litia cōuictus foret & confessus.

Iudex ex officio & admi partes pot iure malitiæ

De positionibus in iudicio fiendis/& de earum responsione. Cap. XIIII.

Quia per positiones & responsiones factas ad illas plerunq; a
partib⁹ absq; aliarum probationum onere obtinetur ex quo
lites abreuiantur & citius dirimuntur & a probandi onere:

HAYKOBA BIBLIOTEKA
OHY IMENI I. I. MECHNIKOBA

& laboribus & expensis partes subleuantur: & propter id ipsarum materia utilis & quotidiana est & in iudiciis frequentatur.

Statuimus & ordinamus q̃ positiones omnes ad causam pertinentes: et ex quarum probatione partis ponentis intentio instrui possit seu quomodolibet adiuuari parte ponente iurante ad sacra dei euangelia manu tactis scripturis illas caluniose non ponere. Sed illas si de facto ponẽtis fuerint esse ueras. Et si de alieno illas credere ueras esse iudex admittere teneatur. & donec ipsis legitime responsum non fuerit: etiam absq; iudicis pronuncia terminus probatorius non currat ipso iure. Et partẽ aduersam principalem si ponens per ipsam ac eius sacramentum tanq̃ d ueritate melius informatã responderi petierit nulla ipsarũ copia ante partis responsionem parti respondere debenti facta respondere cõpellat moneat atq; iubeat: anteq̃ pars comparens discedat a bancho: Saluo iure duplicium captiosarũ impertinentum & non admittendarũ & ad causam non facientiũ & aliarũ quibus de iure respondere non deberet neq; pars teneret. Q uibus si responderi contingat pro nõ responso habeatur ipso iure auctoritate p̃sentis statuti absq; alia pronunciatiõe. Et si pars p̃ns & monita respondere per iudicem obseruatis solẽnitatibus prædictis sine iusta causa respondere recusat pro confessa seu negante quoad ipsius p̃iudicium & ponentis partis cõmodum ipso iure habeatur prout affirmatiue uel negatiue positũ est. Possit tamẽ iudex si uiderit positionem manifeste impertinẽtem captiosam & nõ facientem ad causam reiicere: Et partem ab illi⁹ responsione releuare. A cuius quidẽ repulsione pro tũc appellari non possit sed iudex appellationis interponendæ a diffinitiua si uiderit partem ponentem ex eius repulsione fuisse grauatã grauamen remouere & ipsam admittere: & partem quæ illi respondere debeat iuris remediis facer responderi. quæ si recusauerit quo ad illam pro cõfessa. seu negante quo ad eius incõmodum habeat ut supra. Et pars omnibus positionibus de facto suo seu etiã alieno de quo uerisimiliter notitiã habere possit respondere teneat & debeat. Et si pars ex aliqua iusta causa & rationabili iudicis arbitrio quam exprimere teneat coram iudice se dubitare dixerit: ac etiam proprio sacramento iurauerit super aliqua positione & contentis in ea eidem terminus cõgruus arbitrio iudicis ad deliberandum & deliberate respondendum præfigatur infra quem deliberare possit & ualeat: & in ipso deliberate respõdere: quod si non fecerit: pro confesso seu negante habeat ut supra ac si in prima monitione respondere denegasset. ¶ Et teneat pars positionibus etiam si forent duplices respondere de parte ad partẽ singulariter

& particulariter: ac si particulariter & singulariter & diuisim positæ forent: quas Iudex ex eius officio parti diuidere teneatur intelligibiliter. Ita quod pars respondens illam intelligat & in respõsione nõ capiatur: Et non ostendant positiones anteq̃ sit illis responsum parti respondere debenti procuratoribus nec aduocatis eius. Sed dum pars illis responde bit repellat iudex procuratores & aduocatos partis respondere debentis longe & seorsum a parte respondente. Itaq; respondẽtem minime possint audire. Et quod ipsi respondẽti nutum seu signũ aliquod facere nõ possint. Ex quo respondẽtis animus & respondẽdo ueritatem quomodolibet retrahat: sed solum coram iudice præsente notario & parte ponẽte seu eius procuratore & aduocato si adesse uoluerit positionib⁹ respondeat semotis cæteris prout iudici uidebit. Et si contingeret partem respondẽtem contrarias responsiones facere seu sibi inuicem in respondẽdo aduersari ultimæ responsioni stet eiusdem: & certum & clarũ pars respondere teneat & debeat simpliciter per uerbum credit: uel non credit: & sine additione clausulæ ut ponit, uel inquãtum appareat, uel similium: ut sit pars ponens certa an ex responsiõe a probando releuet. Et si pars obscure responderit & illam partem instantẽ Iudice iubẽte declarare recusauerit: pro nõ respondẽte habeat. ¶ Si uero pars respondere debens præsens iudicio nõ fuerit & citata personaliter bis diuersis temporibus & diebus per lras iudicis seu cedulas cõtinentes q̃ cõpareat positionibus respõsura: quarũ ultima citatoria contineat cõminationem: q̃ si nõ uenerit positiões ipsæ pro confessatis uel negatis ad cõmodum ponẽtis habebunt absq; aliqua pronunciatiõe fienda & contumax fuerit in comparendo: pro recusante & nolẽte respondere habeat & pro cõfesso seu negãte quo ad eius incommodum prout de præsente monito superius ẽ expressum: nisi iustam causam habuerit nõ cõparẽdi: seu fuerit iudicis arbitrio declarando iusto impedimẽto detẽtus. De quo si in ciuitate fuerit uel locis circũstãtibus infra tria milliaria infra triduum. Et si in comitatu ultra tria milliaria infra quinq; dies fidem facer tenea tur. Et de impedimẽto stet eo casu proprio sacramẽto uel dicto unius testis cum iuramẽto prout iudici uidebit inspecta qualitate personæ. & eo casu pars impedimentum infra dictum terminum probans & allegans ut supra respondere positionibus teneat ut superius ẽ expressum: Saluo & reseruato q̃ si pars ponens probare uoluerit partem impeditam non fuisse: & contumacem in non respondendo fuisse audiat. Et eo ꝓbato pars ipsa quæ cõtumax fuerit in respõdẽdo ut supra minime audiat: sed pro cõtumace hẽat: nõ obstãte q̃ se ipeditã fuisse iurauerit.

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Et de periurio ſecundum formam ſtatutorum cõmunis phani puniat
& parti aduerſæ in expenſis factis occaſione prædicta condemnet. Si
uero exiſtens in ciuitate comitatu uel diſtrictu phani non permittat ſe p
ſonaliter inueniri per nuncium de quo ſtetur relationi nuncii ad domũ
habitationis ſuæ terna citatione fuerit citatus per litteras ſeu cædulã (ut
ſuperius dictum ẽ) & non comparuerit pro contumace & nolente reſ-
pondere habeatur: perinde ac ſi præſens reſpondere monitus recuſaſſet
Et niſi infra terminum ſupradictum comparuerit: & iuſtum impedimẽ
tum allegauerit: & per ſe uel alium & ut ſupra probauerit. Quo caſu fi
at & ſeruetur prout ſuperius de perſonaliter inuento expreſſum eſt. Ab
ſens uero a ciuitate comitatu uel diſtrictu phani de quo nuncii relatio-
ni ſtetur citatus domi uel aliter per edictum & in citationis termino nõ
comparens pro confeſſo non habeatur. ſed contra ipſum procedat tali-
ter ut tedio affectus ueniat reſponſurus. Et ſi quis procurator generalis
uel ſpecialis in cauſa uel alius quilibet cum ſatiſdatione tamen de rato p
citato ad reſpondendum poſitionibus compareret infra terminũ ad cõ
parendum citato præfixum allegans citati abſentiam a ciuitate comit a-
tu uel diſtrictu phani eidem terminus pfigat congruus arbitrio iudicis
infra quem abſenti citationem de ipſo factam denunciet: infra quẽ ter-
minum citatus ipſe expectet & contra ipſum aliter non procedat. Eo
uero elapſo citato nõ comparente nec aliter a cõtumacia ſe excuſante p
confeſſo habeat. Et ſi quis citatus foret ad reſpondendum poſitionib9
& comparere nõ poſſet: ſeu præſumeret uel non auderet propter debita
publica uel priuata: ſeu inimicicias: uel quia timeret capi ſeu detineri ab
aliquo officiale: ſeu alia iuſta cauſa: Iudex ipſe coram quo & cæteri offi
ciales cõmunis phani ad petitionem ipſius citati uel alterius pro eo petẽ
tis ſecuritatem facere teneant & ea habita uel nõ habita citatus ipe non
poſſit pro ea hora in ueniendo ad reſpondendũ & in recedendo pro ali-
quo debito publico uel priuato ẽt ſi pecunialiter fuerit de crimine con-
demnatus in perſonã aliqualiter moleſtari capi uel grauari. Et ſi captus
fuerit ipſo facto relaxet. In exbãnitis autem pro crimine capitali: ſeu ex-
quo pœna corporalis ueniret imponẽda: quæ de ſecuritate proxime di
cta ſunt ſibi locum non uendicent: ſed eo caſu niſi procuratorem cum
ſufficienti mandato ad reſpondendum poſitionibus ſufficienter inſtru
ctum miſerit: pro contumace habeat & confeſſo & conuicto ac ſi perſo
naliter monitus fuiſſet: ut ſupra: & non poſſit aliquis per procuratorem
etiam ſpecialiter conſtitutum: ſeu ad taliter reſpondendum generaliter
uel ſpecialiter quouis modo poſitiõibus reſpõdere: nec talis procurator

Pro citato ad reſpondendum admittat: & eius reſponſio cõſtituentem
in aliquo nõ habeat releuare nec a reſpondendo excuſare: niſi de ponẽ-
tis procederet uoluntate quo caſu procurator teneat reſpondere: & niſi
qui procuratorẽ miſerit per ſe ipſum uenire nõ poſſet: & de eius ipoten
tia Iudici cõſtet & fiat fides legitima p probationes idoneas ſeu ſaltem
unũ teſtẽ & iuramentum partis/quo caſu ꝓcurator p̃dictus admittatur
ſeu ad ipſum per ſeipſum ad reſpondendum comparere non ualentem
partis ponentis expenſis notarius cũ poſitionibus mittat ad eius reſpõ-
ſiones ſuſcipiendas ſi parti ponenti magis placuerit per talem principa-
lem reſponderi q̃ per procuratorem miſſum admittere: uel ipſum pro-
tunc comparet non ualentem expectare/ſed ſi principaliſ per quẽ reſpõ
dere petitur fuerit forenſis uel de alia aut in alia iuriſditione manẽs: Iu
dex ad inſtantiam ponentis aſſignet terminũ procuratori abſentis: infra
quem debeat ſuum principalem præſentare ad reſpondendum poſitio
nibus/quod onus præſentandi/ſi dictus procurator ſuſcipere noluerit:
Sed maluerit tranſmitti poſitiones ad locum: tunc expenſis abſentis. &
reſpondere debentis poſitiones litteris incluſæ ad iuſdicentem in locũ il
lũ tranſmittant/qui habeat recipere reſponſiões: & remittere ſub ſigil-
lo/monendo partem ponentem ad intereſſendum dictis reſponſioni-
bus pro ſingulis diebus & horis in loco. Etſi qua partium fuerit in po-
nendo uel reſpondendo depræhenſa ueritatem non poſuiſſe ſeu reſpõ-
diſſe ex eo quod per teſtes uel inſtrumenta probaretur contrarium eius
quod poſitum ſeu reſponſum foret/in eo quod eſſet ex facto partis po
nentis uel reſpondere debentis: uel in eo de quo in contrarium eius qd
poſitum ſeu reſponſum foret eſſet ſeu eſſe probaretur publica uox & fa
ma de periurio condemnetur ſecundum formam ſtatutorũ cõis phani
Et idem fiat & obſeruetur ſi pars deierauerit ſeu deieraſſe deprehenſa
fuerit in aliquo ſupradictorum. Et poſitione negata in totum uel in par
tem non poſſit reſpondens ex eo quod poſitum foret a ponente/uel ab
ipſo reſpondente negatum ſe quouiſmodo iuuare. Et ne ex ſubita ſeu ĩ
prouiſa reſponſione pars reſpondens quouiſmodo ſibi præiudiciũ poſ
ſit afferre Adiicimus quod pars ipſa reſpondens reſponſiones ſuas mu-
tare poſſit abſq; alia probatione erroris allegandi anteq̃ conſpectum iu-
dicis exeat etiam ſi prima eius reſponſio ſcripta foret. Et ut pars ſuper re
ſponſionibus factis certa diſcedat & deliberare ante eius diſceſſum poſ-
ſit an alias uelit mutare uel in iplis perſeuerare. Statuimus & uolum9 q̃
Iudex auditis reſponſionibus factis a parte illas eidem legi faciat per no
tarium particulariter & ſingulariter: quibus lectis ſi pars ab aliqua eius

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ЛНУ імені І. Франка
ЕКЗЕМПЛЯР ЧИТАЛЬНОГО ЗАЛУ
ЕКЗЕМПЛЯР ЧИТАЛЬНОГО ЗАЛУ
ЕКЗЕМПЛЯР ЧИТАЛЬНОГО ЗАЛУ

respõsione discedere uoluerit anteq̃ Iudex discedat & loquat cũ ꝓcura-
tore uel aduocato uel alia persona circũstãte asserẽs cũ iuramẽto se errasse/& p errorẽ respõdisse alicui ex eis:audiat absq; alia ꝓbatione. Si uero pars in ipsis perseuerauerit ulterius ad earũ reuocationẽ uel alicuius seu partis earũ non audiatur nisi ut cõia iura disponũt:seu:nisi ad partis ponentis cõmodũ responsionem mutare uellet qui semel positionibus responderit:quã eo casu mutare possit quandocũq; absq; pœna periurii anteq̃ p testes uel istrumẽta respõsionis cõtrariũ ꝓbatum esset.

¶De probationibus. Cap. XV.

Qvoniã ꝓbationis facultas angustari non debet: malitiis ꝓ-
borum qui interdum ex pacto conuento probandi subtrahũt facultatem:cuius defectu plerũq; iustitia opprimit & ueritas occultat:ut ueritati semper locus sit. Statuimus ꝙ in quibuscũq; causis probationes fieri possint per testes instrumenta & omne ꝓbationis genus secũdũ ꝙ iura cõia permittunt:non obstãte ꝙ ex pacto in instrumẽto tempore celebrati contractus conuentũ foret nõ probare solutiones debitorum nisi p publica instrumẽta:quod quidẽ pactũ auctoritate p̃sentis statuti tãq̃ fraudulentum & contra bonos mores factũ/penitus improbamus:& nullum esse Ipso iure decernimus:etiam si fuerit iuramẽto firmatũ. Et hoc statutum sit p̃cisum & truncũ & renunciari nõ possit eidem & renunciatio facta nõ ualeat ipso iure.

¶De testibus. Cap. XVI.

Qvoniam per testium dicta in iudiciis ut plurimũ ueritas com-
ꝓbatur:ne igit probationum defectu ueritas ipsa maneat occultata:& iustitia ministrari nequeat/& partes lædant in eorũ iurib9:Statuim9 & ordinamus:ꝙ in causis ciuilib9 omnes passim & indistincte qui a iure cõi nõ reperiunt expresse exclusi ad phibendũ ueritatis testimonium admittantur. Et teneatur Iudex per se nisi iustis causis occuparet:testes examinare tam in ciuilibus q̃ in criminalibus. Si uero iudex uacare non posset:in ciuilibus tantũ idoneæ personæ partibus non suspectæ testium examinationem cõmittat:Q ui testes examinentur per dictum iudicem uel eius cõmissarium ut supra secundũ interrogatoria partis per iudicem refrænata/ubi pars interrogatoria duxerit facienda. quorum testium dicta scribantur per notarium deputatũ clare & extense prout ab ipso teste uerba prolata fuerint:& non per uerbum uera esse in capitulo contenta:ꝙ si contrafieret dictũ eorũ non ualeat. Et examinator ac notarius puniat proqualibet uice in decem libr. den. pro quolibet teste sic examinato & ad interesse partis teneant. Et si testes

in eorum testimonio deprehẽsi fuerint uacillare. Examinator scribi faciat eoꝝ uacillationes p notariũ:& in quib9 partib9 repti fuerint uacillasse. Ac ẽt interrogent inter cætera testes de qualitatibus & cõditionib9 personarũ suarum:& de ipsorum ministerio & facultatibus & aliis circũstantiis:ex qbus ex eorum testimonio perpendi possit quãta sit fides testibus adhibenda. & testis dictũ qui in iudicio cõtrariũ deposuerit eius: quod alias extra iudicium pũte parte & ad eius instantiam dixerat mini me ualeat:& eidẽ nõ credat:nec stet eius depositioni in iudicio factæ.

¶De iureiurando & sacramento deferendo a partẽ parti in iudicio seu etiã a iudice parti i supplementum ꝓbatiõis. Cap. XVII.

Qvoniã dirimendarũ litium remedium maximũ est iuramentum. Statuimus & ordinamus ꝙ quotienscunq; pars actor siue reus parti agenti uel defendenti iuramentum obtulerit:asserens se eius iuramento uelle causam dirimere & stare:seu super aliquo articulo scilicet excæptione uel intẽtione proposita:& id sup quo sacramentũ defert esse de facto proprio:seu etiam alieno de quo ꝓbabiliter seu uerisimiliter iudicis arbitrio notitiam habere posset & p̃sumeretur: pars cui deferetur iurare teneatur:alias pro cõuicto habeat super eo super quo iuramentum suscipere recusauerit. Et si id super quo iuramẽtũ deferetur a parte parti esset d̃ facto cõi utriusq; partis:uel sup eo de quo utraq; pars uerisimiliter notitiam hr̃e deberet:ille cui defert sacramẽtũ iurare teneatur seu parti deferenti referre. Et qui iuramẽtum delatũ suscipere uel referre. seu qui iuramẽtum parti delatum deferenti relatum suscipere recusauerit: ꝓ cõuicto habeat super eo de quo iuramẽtũ delatum seu relatum fuerit. ¶Et si pars agẽdo uel se defendẽdo nõ ꝓbauerit plene intẽtionem suam seu defensionẽ:& a iudice petat sacramẽtum deferri in ꝓbationis supplemẽtũ tunc iudex illud secundũ formã iuris cõis deferre teneat. Et in omni casu iuramẽto delato a parte parti a iudice iudicii:& per partẽ p̃stito:super eo quod iuratũ fuerit pars nullatenus audiatur uolẽs iurantẽ de piurio redarguere ad ipsius partis contra quam iuratũ fuerit cõmodum uel utilitatẽ/seu ut lis uel negociũ super quo delatũ fuerit iuramentũ suscitetur. Sed solũ audiat & audiri possit ad periuriũ detegẽdũ:ut ipse qui iurauerit & deierasse cõstiterit puniat in duplũ ei9:quod pars contra quã iuratũ fuerit ex piurio læsa fuerit cõmuni Fani applicãdũ/ꝓ pœna piurii antedicti/ultra pœnã alias p statuta cõis Fani ꝓ piurio ipositã:qua ẽt deierãs antedictus puniat ultra pœnã p̃dictã dupli in quolibet casuũ supradictoꝝ.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

De instrumentis in iudicio productis: & exhibendis: & ipsorũ registratione in actis fienda: & eorũ restitutione. Cap. XVIII.

STatuimus & ordinamus q̃ oia & singula instrumenta quæ in iudicio ꝓducent' ab aliqua partiũ quæ pars peteret ipa istrumẽta producta sibi restitui in actis nũcii causæ: q̃ de ꝓductiõe rogatus est de uerbo ad uerbũ extẽdi debeant nullo addito uel diminuto & ipsis extensis & registratis & abscultatis cũ eorũ originalibus ꝓductis p notariũ dictæ causæ debeant originalia ipsa ꝓducta de iudicis tamen licentia parti ꝓducenti recæpta tamen registratiõis p̃dictæ cõpetẽti mercede/restitui ad ipsius petitionẽ: ꝓmissione tñ primo recæpta p notariũ antedictũ corã iudice corã quo ꝓducta extiterint a parte ꝓducente illa si bi restitui petente uice & noĩne partis cõtra quã ꝓducta fuerint: q̃ originalia ipsa ĩ iudicio corã iudice prædicto causæ principalis seu etiã appellationis usq̃ ad finẽ causæ tam principalis q̃ appellationũ ad partis contra quam ꝓducta fuerint instãtiam. Et iudicis mãdatũ seu etiã motu iudicis: q̃ de cã cognosceret pñtabit & exhibebit totiens: quotiens fuerit requisitus: sub certa pœna iudicis arbitrio statuẽda. Q uæ q̃dẽ pœna a parte ipsa cui fuerint instrumenta restituta quotiens cõtrauenerit in ꝓmissione p̃dicta cũ effectu exigat': nisi iusta de cã meruerit excusari: & in cõe faciat iudex deuenire. Et nihilominus partẽ ipsam cõtraueniẽtẽ ad dãnum & interesse partis illa re exhiberi petentis cõdẽnet. Et teneat' notarius ipi registrationi factæ in actis se subscribẽ & de ascultatione p ipm notariũ cũ iudice causæ uel cũ aliquo notario de ipsius Iudicis mandato facta attestari. Et dicto transcripto seu sumpto uel exẽplato & extẽsioni p̃dictæ in actis factæ ut superius ẽ expressum stet' & plena fides det': sicut ipsis originalibus dari deberet inter partes prædictas in causa quæ ꝓducta fuerint in iudicio causæ principalis & appellationis: & instrumẽtorũ ꝓductorum in iudicio copia parti petenti det' absq̃ die & cõsule loco seu testibus ne quid falsi possit seu ualeat machinari: nisi pars ipsa cõtra quã forẽt istrumẽta ꝓducta peteret p̃missorũ aliquod sibi tradi ex eo quia uellet instrumẽtũ ipsum ꝓductũ circa diem & cõsulẽ locũ & testes de falso redarguere directe uel indirecte: seu aliam excæptionẽ sibi cõpetentem cõtra dictũ instrumentum cui⁹ ꝓbatio penderet ex tẽpore cõfecti instrumenti loci consulis seu testiũ in dicto instrumẽto ascriptorũ. Q uã q̃dẽ excæptionẽ & id quod petens sibi p̃dicta edi seu aliquod p̃dictoꝝ corã iudice ante editionẽ alicui⁹ p̃dictoꝝ exprimere teneat' & in actis facere describi & iurare q̃ ipsam animo callũniæ neq̃ malitiæ non

proponit. Sed quia credit ea quæ obiicit uera esse & se posse ꝓbare: quo casu dicto præstito iuramento prædicta & prædictorum quodlibet: q̃d edi peteretur: expensis petentis parti petenti edatur: & super alia excæptione seu defensione probanda contra instrumenta prædicta occasione prædictorum seu alicuius eorum editorum pars cui prædicta fuerint edita non audiatur: nisi super eo quod pars ipsa in petitiõe editionis p̃dictæ ante ipsam editionem dixerit & in iudicio ꝓposuerit se uelle probare. Et qui instrumentum aliquod productũ de falso nixus fuerit redarguere ratione alicuius prædictorum diei seu temporis instrumenti confecti consulis loci seu testium uel aliqua ratione. Et excæptionem ipsam proposuerit & non probauerit: puniat' in decem florenis auri cõmuni Fani applicandis pro qualibet excæptione contra dicta instrumẽta producta obiecta exqua instrumẽtum ipsum de falso redargueretur non probata. Et nihilominus obiiciens excæptiões prædictas parti aduersæ producenti. & etiam notario cuius manu instrumentum confectum fuerit ad quorum ignominiã prædicta opposita cederent pro satisfactione iniuriæ ipsorum ad expensas & interesse teneatur & condẽnet' ad petitionem eorum. Et quotiens contingeret aliquẽ comparere: & dicere seu asserere Iudici aliquem notarium de aliquo instrumẽto fuisse rogatum quod ad ipsum petentẽ spectare prætenderet seu assereret ipso petente causam sui interesse coram iudice exprimente. Si iudici uera rationabilis uerisimilis ac iusta uidebitur eius arbitrio & ipso petente & iurante se prædicta non petere animo calũniæ seu malitiæ & causã per ipsum propositam ueram esse citata parte contra quã dicta traditio instrumenti peteretur & quæ ex ea lædi posset & aliquid non proponẽte nec probante propter quod instrumẽtum petẽti dari nõ debeat illud petenti ĩ publicam formam dari facere teneatur expensis ipsius petentis Et satisfacto notario de competenti mercede. Et si aliquis qui instrumẽtum aliquod in publicam formã a notario habuerit: & illud se amisisse dixerit: & illud de nouo a notario sibi refici peteret ipso petente de amissione p̃dicta p indicia seu p̃sumptiones: seu etiam per propriũ iuramentũ fidẽ fecerit. Ipso tñ petente ꝓmittẽte & iurante se dictis instrumentis nõ uti: nisi uno dũtaxat: & quotiẽs amissum cõtingeret repiri illud notario restituet: & eo nullatenus utet'. Ac iurãte se prædicta nõ peter animo calũniæ. Iudex illd parti petẽti refici facer' p notariũ teneat': parte legitime citata ad opponendũ siquid uoluerit quare dictum instrumẽtũ secundario non debeat extrahi seu releuari in publicam formã. Et ea cõparẽte & opponẽte infra terminũ trium dierum probet causas propter

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОТ ИМЕТО НА ДИМИТЪР НИКОВА

quas non debeat releuari ſiue p notariũ parti petenti ſecũdario reſtitui: Notario ſatiſſfacto de cõpetenti mercede. Q ui notarius ĩ inſtrumẽto re fecto de ſecũdaria refectiõe & de iudicis mãdato mẽtionẽ facer̃ teneat̃.

¶De in integrum reſtitutione cõcedẽda. Cap. XIX.

Gul obtenuit. 45 lib. i.

STatuimus & ordinamus q̃ minor. xxv. ãnis: & quicũq; cui de iure cõi aduerſus læſiones eorũ beneficiũ reſtitutionis in integrũ eſt cõceſſum aduerſus geſta & adminiſtrata p eorũ tutores curatores ſeu quoſuis alios adminiſtratores ſi ĩ iudicio uel extra lædi cõtigerint facto ſeu culpa uel negligentia ſeu defectu ꝓcuratorũ ſeu actorũ ſuorũ poſſint aduerſus geſta neglecta ſeu omiſſa per eos (quatenus læſos fore cõſtiterit) reſtitutionẽ in integrũ poſtulare & in integrũ reſtitui debeant: ſi de læſione docuerint. nõ obſtante q̃ contra eorũ ꝓcuratores ſeu actores prædictos agere poſſent ꝓ eorũ dãno & itereſſe ſi mallent cõtra eos agere q̃ ĩ integrũ reſtitutionem poſtulare: & etiam non obſtãte q̃ dicti eorũ ꝓcuratores ſeu actores ſoluẽdo forẽt.

¶De modo ꝓcedẽdi cõtra abſentẽ ſeu cõtumacẽ: & de tenutis dãdis. Cap. XX.

CIuiliũ cauſarũ in quibus ordinarie ꝓcedi debet ſecũdũ formã ſtatutorũ Fani talis ordo ſeruet̃. q̃ citato reo ſecundũ formam ſtatutorũ Fani de citatione loquẽtiũ: Si quidem reus nõ cõparuerit: ſed contumax fuerit actor exhibeat ſuũ libellũ abſente reo: Et ſi agit perſonali actione ponat̃ in tenuta bonorũ rei: primo mobilium ſecundo ĩmobiliũ. Tertio nominũ debitorũ pro modo debiti declarati ſaltem p iuramẽtũ & expenſarũ. Et ſi ipſe debitor infra duorũ menſiũ ſpacium uenerit: & de ſtando iuri idoneã præſtiterit cautionẽ: & ſatiſſfecerit cõgrue de expẽſis: p̃dictã tenutã recupet: & lis ſuo marte diſcurrat. Alioquin poſt ſpaciũ duorũ menſium: quos a tempore dictæ ĩmiſſionis ĩtelligimus cõputari creditor auctoritate curiæ uel iudicis facta fide de debito uẽdẽdi rẽ illã pro debito declarato & expẽſis liberã habeat facultatẽ in platea cõis Fani trina ſubhaſtatione præmiſſa diuerſis diebus cũ termino triũ dierũ faciẽda. Et ſi emptor idoneus ipſius rei nõ reperiret̃: tũc det̃ creditori cõi æſtimatiõe p æſtimatores cõis eligẽdos unũ ꝓ q̃libet partiũ uel unũ p iudicẽ loco partis abſẽtis ꝓ debito ĩ ſolutũ: niſi ipſe debitor ante uẽditionẽ uel dationẽ in ſolutũ p̃dictã tenutã recupauerit ſoluẽdo debitũ & expẽſas. Si aũt nõ inueniat̃ ubi capi poſſit tenuta incõtinenti facta relatiõe excuſſionis poſſit poni ĩ bãno arbitrio iudicis d̃ quo

nũq̃ exire poſſit niſi cõcordauerit ſe cũ creditore/aut eidẽ ſatiſſfecerit: & aliter ipſe debitor poſſit cõſtringi pſonaliter & detineri prout iudici uidebit̃ expedire pro faciliori expeditiõe. Et prouideat iudex ne quoquomõ uis fiat ei qui in poſſeſſione miſſus eſt etiã in ſequẽtibus caſib9. Si uero tenuta data fuerit in actione reali mixta/uel pſonali in rem ſcripta uel ad rẽ teneat̃ is cui tenuta data fuerit facere denũciari ſiue notificari p litteras iudicis q̃ ipſam dedit ei uel eius familiæ cõtra quẽ ipſa tenuta data fuerit. Et ſi ipſe uel eius familia nõ inueniat̃ tũc litteræ affigant̃ ad domũ ſuæ habitationis ſi eã habuerit/uel ad portas palatii ĩfra octo dies poſt tenutã aſſignatã: poſt quos dies ſi infra tres menſes ipſam tenutam reus non recuperauerit/creditor cui data fuerit dicta tenuta facta legitima ꝓbatiõe uerus efficiat̃ poſſeſſor & dũs: & perinde ac ſi carta ꝓprietatis plene facta fuiſſet per debitorẽ ipſi creditori. Itẽ q̃ ſi ille cui per iudicẽ data ſeu aſſignata fuerit tenuta ſeu pronunciata p aduerſarii ſui potẽtiam ipſam appræhẽdere uel appræhẽſam pacifice poſſidere ſeu tenere non potuerit: maxime de re ĩmobili: in quibus ꝓbatio ſufficiat p quattuor teſtes de fama: tunc eodẽ iure gaudeat & idẽ in omnib9 ſubſequatur effectus in eius fauorẽ: ac ſi uere & libere poſſediſſet: & cartam ꝓprietatis plene & efficaciter habuiſſet.

¶De ſequeſtratiõe. Cap. XXI.

STatuimus & ordinamus q̃ in cauſis ciuilibus cõtra pſonas ſuſpectas de quarũ fuga ſeu receſſu dubitat̃: ſeu quotiẽs de rei alicuius mobilis ſeu fructuũ in aliqua poſſeſſione exiſtẽtiũ colligẽdorũ dilapidatione ſeu cõſumptione dubitaretur/& aliquis ſe timere & dubitare ꝓprio affimauerit ſacramento: q̃ quolibet tp̃e etiã feriato etiam in honorẽ dei ſequeſtrationes & deſcriptiones dictarũ rerũ ad iſtãtiam cuiuſlibet petentis & iurantis ut ſupra fiant & fieri debeant penes pſonam idoneam: & q̃ quilibet cui & penes quẽ iudicis mãdato res aliqua fuerit ſequeſtrata ſeu in ſequeſtrũ & depoſitũ aſſignata illã penes ſe ſeu in ei9 cuſtodia recipere teneat̃ & dictũ ſequeſtrũ cuſtodire & de ipo diſponere ꝓut ipſe iudex mãdauerit & nõ aliter: ſub pœna .x. libr̃. deñ. & plus & minus arbitrio iudicis inſpecta qualitate facti & conditione pſonarum/& quodlibet ſequeſtrũ ſeu mandatũ de ſequeſtrando & relatio ſequeſtri facti redigatur per notarium in actiſ curiæ cum anno die et menſe dicti ſequeſtri commiſſi: & relationis: cũ nomine & prænomine illud fieri petẽtis: & eius ad cuius incõmodũ factũ fuerit: & cũ ſpecificatiõe rerũ ſequeſtratarũ & cãæ & q̃titatis ꝓ q̃ ſequeſtrũ fcm̃ fuerit añdictũ. Et non relaxet̃ dictum ſequeſtrũ ei cõtra quẽ legitime ꝓp ſuſpitionem

de fuga uel recessu uel pp dilapidationē fructuū uel rei mobilis ut supra factum fuerit: nec ei pro quo factū fuerit priusq̃ causa & negociū p quo factū fuerit terminatum extiterit seu aliter partes fuerint in cōcordia. Possit tū & teneatur Iudex quotiens a parte contra quā factū fuerit oblata fuerit & præstita satisdatio de iudicio sisti & pmissio & satisdatio de ipsis rebꝰ sequestratis saluandis & custodiendis & præsentandis ad mādatum Iudicis relaxare præstita satisdatione prædcā: q̃ quidē relaxatio quotiens fieri cōtigerit redigatur in actis p notariū de sequestro rogatū si eius copia haberi potuerit. Alias p alium notariū ad bāchū ciuiliū dñi potestatis. Addimus tū q̃ ille penes quē sequestrum factū fuerit illud restituere nō teneat nisi primo eidē satisfactū fuerit de cōpetenti mercede arbitrio iudicis declarāda pro custodia dicti sequestri & dictis sequestrationibꝰ fiendis & reuocandis. Et insupradictis oibus & singulis cognosci & procedi possit quolibet tēpore etiā feriato. & nemo cōpellat ad recipiendū sequestrū habens causam iustam excusatiōis de qua ifra duos dies a die p̃cæpti sibi facti de custodiēdo fidē facere teneat. in cæteris autē casibꝰ pñti statuto nō expressis sequestrationē fieri phibemus: descriptionē aūt fructuū uel alterius rei mobilis ubicūq̃ pars iurauerit habere interesse fieri posse cōcedimus si ita iudici uidebitur.

De pignorationibus fiendis: & usq̃ ad quā q̃ntitatē possint pignora capi: & de modo & ordine in pignorādo seruando. Cap. XXII.

Statuimus & ordinamus q̃ pro aliquo debito nō possit aliqs ciuis ciuitatis Fani pignorari nisi primo cōtumax fuerit in cōparendo uel parendo mandatis officialis. quo casu pignorationis fiēdæ p solū plazarium debeat & possit pignorari p quātitate petita: quæ quidē pignora capta p plazarium cōmunis Fani deponi & assignari debeāt penes massarolum seu custodem pignoꝝ cōmunis Fani q̃ quidem massarolꝰ pignora sibi assignata custodire teneatur & debeat. Nec illa parti cui accæpta fuerint seu ad cuius petitionem capta fuerint nec alicui alteri pſonæ nisi put officiales de cuiꝰ mādato capta fuerint disposuerint. Et tempore commissæ pignorationis in ipsa commissione & mandato de pignorando per iudicem parti pignoratæ trium dierum terminus præfigatur ad pignus reluendum. Sed si pignus fieri contigerit de re stabili in causis in q̃bus extraordinariæ pcedit secūdū formā statutoꝝ terminꝰ q̃nq̃ dieꝝ præfigat ad dictū pignus uel tenutā reluēdā/ q̃bꝰ elapsis & parte pignorata in cōtumacia pseuerāte facta fide de debito iudici put iuris fuerit absq̃ aliqua diffinitiua sententia proferenda.

Iudex possit & ualeat ac teneat ad petitionē creditoris pignora ipa capta facere uēdi seu subpignorari put melius fieri poterit p quātitate petita: & p expensis. Et eo casu quo pignora ipsa uēdi uel subpignorari contigerit citato primo debitor pſonaliter uel ad domū ad uidēdū pignora p̃dicta uēdi uel subpignorari. Et eo cōparēte & nō satisfaciēte uel nō cōparente subpignorentur uel publice in platea cōis Fani uēdant uoce p̃conia & plus offerēti dent. Et p̃tiū ipm seu q̃titas p qua uēdita seu subpignorata fuerint pignora antedicta creditori p eius credito i solutū dētur: & eo casu quo dicta pignora subpignorari cōtigerit/ ea p militē sociū notariū causæ & ipsum nūciū seu plazariū subpignorari uolumꝰ & mādamꝰ. Et si pignora ipsa plus uendi cōtigerit q̃ fuerint credita & expēsarū q̃titas/residuū dicti p̃tii seu q̃titatis a credito & expēsis supra debitori si pñs fuerit assignet. Seu si absens fuerit penes pſonā idoneā eidē debitori dādū ad omnē eiꝰ petitionē deponat. Et p̃dicta oia & singula p notariū causæ p̃dictæ redigant in actis singula ponēdo sub cōgruis tēporibꝰ & diebꝰ put fuerint celebrata. Et facta uēditiōe seu subpignoratiōe p̃dcā uēditio seu subpignoratio ipa/parti mādato iudicis p plazariū cōis Fani uel p cedulā scriptā manu notarii notificet pſonaliter uel domū cōtinētē pſonā cui pignora ipa uēdita seu subpignorata fuerint: ac etiā dies. Q uā q̃dē notificationē & notificatiōis cedulā plazarius p̃sentare teneat infra duos dies postq̃ sibi cōmissa & data fuerit. Et postq̃ notificata fuerit referre infra unā diē si fuerit in ciuitate. Si uero fuerit in comitatu uel districtu Fani infra tres dies notificationē p̃dictā facere teneat: & ea facta ifra duos dies illam referre debeat notario actorum. Sub pœna. xx. solidorū pro qualibet uice ipsi plazario si cōtrafecerit i p̃dictis. Si uero plazario pignorāti cū littera in comitatu uel alibi etiā sine littera pignꝰ a parte fuerit denegatū siue uetitū: tūc plazarius ipse de negatione p̃dicta seu uetatione Iudici seu notario causæ oretenus uel in scriptis referre teneat: Cuiꝰ relationi stetur. Et eo casu parte pignorari faciente instate per plazarium & unum beroariū seu famulū potestatis Fani & plures si opus fuerit & successiue quousq̃ debita pignoratio facta fuerit/pro debito & expensis pignoretur. Et nihilominus qui pignus dare uetuerit seu denegauerit soli plazario. seu etiam plazario & beroariis seu familiaribus supradictis ad mandatum officialis pro pignore uetito puniatur & condemnetur secundū formā statutoꝝ Fani. Et teneant plazarii cōis oia & singula pignora p eos capta & accæpta in cōtinenti & eadē die qua illa accæperint/uel etiā die sequēti quando pignoratio fuerit i comitatu Pignora ipsa consignare dicto Massarolo seu

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI I. I. MECHNIKOBA

pignorũ custodi: eidẽ oia & singula pignora cõsignãdo: & quãtitatẽ & causas ꝑ quibus ipsa accæpta fuerint exprimẽdo. Ac ẽt psonas & noia ꝑ sonaꝝ a quib⁹ & ad cui⁹ petitionẽ accæpta & capta fuerint pignora antedicta: & nomẽ iudicis seu officialis ad cui⁹ petitionẽ capta fuerit. quæ oia & singula dictus Massarolus seu custos pignoꝝ teneat̃ seriatim describere seu describi facere in eius libro pignoꝝ sibi cõsignatoꝝ ordinate sub cõgruis mẽsib⁹ & diebus: qb⁹ eidẽ fuerint pignora assignata nomen plazarii q eidẽ dicta pignora cõsignauerit & capita & qualitates pignorũ sibi cõsignatoꝝ/ac psonas a qb⁹ & ad quoꝝ petitionẽ capta fuerint/& causas & quãtitates ꝑ qb⁹ pignora ꝑdicta accæpta fuerint & sibi cõsignata. Et oia & singula quæ sibi nũcius ipe retulerit ĩ dicto libro scribat seu describi faciat. Et facta dcã pignoꝝ cõsignatiõe custodi ꝑdicto ꝑ plazariũ seu nũciũ pignorantẽ. Similiter nũcius ipse seu plazari⁹ eadem die cõsignatiõis factæ uel ad minus sequẽti pignora ipsa accæpta & dcõ custodi pignorũ cõsignata referre notario actoꝝ in oib⁹ & ꝑ oia ꝑ ut ipi custodi pignoꝝ cõsignauerit & ꝑ ut ẽ superius expressum: quã quidem relationẽ notarius ĩ cõtinẽti ĩ actis redigere teneat̃ pœna decẽ libr. deñ. nũcio & dcõ custodi pignoꝝ & ipsoꝝ cuilibet q cõtrafecerit ĩ ꝑdictis & ꝑdictoꝝ quolibet ꝑ quolibet pignore & uice qualibet in quo & q̃ fuerit cõtrafactũ iminẽte & cõi applicãda de facto. Et stet̃ in ꝑdictis scriptuæ notarii: & de relatiõe sibi facta uel nõ facta stet̃ ei⁹ dcõ cũ sacramẽto: Et nõ audeat nec ꝑsumat nũcius aliqua pignora penes se retinere: sub pœna ꝑdcã. Et nõ possit in pign⁹ uel ꝑ pignore capi uel accipi ab liquo ciue seu ĩcola uillico uel comitatiuo ꝑ aliquẽ nũciũ seu plazariũ cõis Fani uel familiarẽ alicui⁹ officialis dicti cõis ꝑ aliquo debito priuato lect⁹ seu aliqd ad lectũ ptinẽs nec arma defensibilia uel offensibilia. ubi ĩ aliis bonis possit & ualeat pignorari. A comitatiuo aũt uel alio quouis colono nõ possint accipi boues ꝑ pignore uel aliq̃ alia ĩstrumẽta ad culturã & ꝑ cultura deputata. ubi alia bõa hẽat ĩ qb⁹ possit & ualeat pignorari pœna cuilibet nũcio cõtrafaciẽti. xx. solid. deñ. ꝑ quolibet pignor̃ cõtra formã pñtis capituli accæpto uice qualibet iminẽte. & nihilominus ꝑdicta pignora cõtra formã pñtis capituli accæpta illico restituant̃ eidẽ. In pignoribus autem capiendis hunc ordinem seruari mandamus: qa primo mobilia: & ipsis non existentibus stabilia: & ipis non existentib⁹ noia debitoꝝ capi uolum⁹: & de ipsoꝝ nõ existẽtia secũdũ ordinẽ ꝑdictũ stari uolumus relationi nũcii: nec possit debitor iuito creditore cõtra ꝑdictũ ordinẽ pignora assignar̃ & si cõtigerit capi ĩ pign⁹ nomẽ debitoris iudex eidẽ obligato ꝑceptũ d soluẽdo faciat sub pœna ꝑ ipm taxãda

nõ pot ꝑ nũcius ap se retinere que no possut accipi pignus / vide ff. l. s. pri.

ĩ capiendis pignoribus

inspecta qualitate negocii/& successiue facta solutione similiter præcipiat notario qui de obligatione & debito quod soluerit fuerit rogatus ut cãcellet instrumentum debiti & obligationis / hoc casu contumacia uel absentia aut resistentia principalis debitoris non obstante.

Et si quãtitas pro qua pignus accæptum fuerit: nõ excesserit summã decem libr̃. deñ. tunc tempore pignoratiõis prædictæ præcipiat̃ reo pignorato ꝙ infra quinq̃ dies debeat pignus reluisse: quibus elapsis reo citato ad cõtradicẽdum quicqd uult ne illud pignus uendat̃ uel subpignoretur: Et nõ comparente delato iuramento ipsi actori petita per ipm uera esse/& animo calũniæ non fore petita: absq̃ alia probatione de debito fienda/pignus ipm uendatur uel subpignoretur: prout melius fieri poterit. Et fiat & seruet̃ in omnibus & per omnia prout superius est expssum. Addimus insuper pignoratiões tempore feriato in honorẽ dei fieri nõ posse: factasq̃ cũ omnibus inde secutis ꝑ infectis haberi ipo iur̃.

Ter̃ s. dieꝝ ad relu

absq̃ ꝓbatione debiti omnino

Pignorationes tempore feriati nõ possunt fieri

¶ Quomodo bona emphiteotica cedãt in obligatiõe bonoꝝ: & ĩ tenutam capi possint ĩ solutũ a creditoribus. Cap. XXIII.

Statuimus & ordinamus pro bono & cõi utilitate & dotiũ fauore & ad fraudes debitoꝝ excludẽdas: ꝙ bona quæcũq̃ quæ fuerint directo uel utiliter debitorũ seu in eis ius aliquod habuerint tempore obligatiõis cõtractæ uel postea q̃tũ est ꝑ iure dictorũ debitoꝝ/ꝙ in bonis per eos tẽpore dotis datæ uel confessatæ seu postea uel antea/dũ tn̄ alienata nõ fuerint ante dotes recæptas uel cõfessatas/& dotis occasiõe obligationẽ cõtractam habuerint: & eius respectu quo ad ꝑiudicium dũtaxat ipsorũ debitoꝝ & suoꝝ hæredũ cedãt & cedere debeant his: quibus dos dari seu fuerit promissa restitui in eorum obligatione bonorum generali uel speciali quæ fieret per ipos dotem recipientes seu confessantes de bonis eorum: seu etiam quæ a iure cõi uel municipali induceretur tacite uel expresse/sicut alia bona propria ipsorũ debitorũ quæ a nemine tenerent̃ seu cognoscerẽtur. Et possint bona ipsa ẽt si forẽt emphiteotica seu feudalia: seu quouis alio iure tenerent̃ ab ipo debitore occasiõe dotis datæ confessatæ seu etiã promissæ quo ad praeiudiciũ ipsorũ debitoꝝ & suorum hæredum dũtaxat/pro iure quod ipi debitores & eorũ hæredes ex acquisitiõe defuncti in dictis bonis habẽt/intenutã capi æstimari & ĩ solutũ dari creditorib⁹ ꝑ eoꝝ creditis supradictis. Saluo semp iure ꝓprietatis uel quasi cuiuscũq̃ dñi seu psonæ ecclesiasticæ uel sæcularis: seu ẽt loci a quo bona ꝑdicta recognoscerent̃ in

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

emphiteosim seu renouationis iure uel feudi seu alia quacũq; ratione/ non obstante q̃ ab ecclesia uel persona ecclesiastica recognoscerent̃/seu actũ foret inter dñm a quo recognoscerentur & recognoscentem quod bona ipsa uendi uel alienari nõ possint seu quomodolibet obligari. Teneant̃ tñ creditores ipsi qui bona ipa ꝓ iuribus debitorũ supradictis iura accæperint in solutũ bona p̃dicta pro iurib⁹ p̃dictis adiudicata ab eisdem dñis a quib⁹ per debitores recognoscebantur/recognoscer̃ eo mõ & forma quo per debitores eorum primitus recognoscebant̃/& de ip̃is si opus fuerit/facta adiudicatione p̃dicta/ se facere inuestiri seu renouari infra mensem a die adiudicationis sibi factæ sub eisdem pactis modis & forma: quibus eorum debitores primitus fuerint inuestiti: nisi dominus ipse a quo bona ipsa recognoscerentur redimere mallet ius quod dictis creditoribus adiudicatum fuerit/eisdem soluendo dicti iuris æstimationem quo casu ad inuestituram faciendam ut supra minime teneatur: & nulla persona cuiuscunq; conditionis existat ciuis uel forensis audeat uel præsumat tales creditores uolentes de ipsis rebus & bonis inuestiri & renouari quomodolibet impedire neq; inuestituram aliquam de ip̃is rebus & bonis in p̃iudicium prædictorum recipere sub pœna dupli ualoris dictarum rerum applicanda pro dimidia cõi & pro alia dimidia ipsi damnum passo & ei cui per prædicta facta contra formam præsentis statuti damnum aliquod intulerint. Et nihilominus quicqd actũ fuerit contra prædicta non ualeat ip̃o iure. Et prædicta solum intelligãtur in dotibus & earum restitutione seu consignatione fienda: quas restitui & consignari posse uolumus in bonis prædictis. Et idem etiam fiat & obseruetur. Et prædicta omnia etiam locum habeant in restitutione usurarum/ut bona ipsa ut superius est expressum in præiudiciũ ip̃orum usurariorum & eorum hæredũ capi & accipi possint in solutũ. Et obligata intelligantur bona ip̃a/& ip̃i usurarii & eorum hæredes pro restitutiõe usurarꝝ ꝓut supra de dotibus est expressum.

De instantia causæ principalis. Cap. XXIIII.

Causarum ciuilium instantia ne lites in infinitum protrahãtur & fiant ĩmortales duret/& durare debeat spacio & tempor̃ sex mensium utilium computãdorum a die porrecti libelli/ infra quos causæ ipsæ ciuiles expediri debeant. Et ip̃as iudex expedire teneat̃ sub pœna centum libr. den̄. eidem de facto auferenda tempore syndicatus & cõmuni Fani applicanda actore & reo instantibus seu altero ip̃orum instante causam ipsam uel causas ipsas expediri. si ipsas uel earum aliquam tempore prædicto non expedierit: aut adeo se arctauerit ut de

instantia supsint dies. xv. uel minus: Eo tamẽ casu iudex successor infra dictos. xv. dies continuos & dies decẽ utiles ĩmediate sequentes qui ipsi instantiæ supadditi ipso iure intelligãtur cãm seu causas ipsas sub dicta pœna expedir̃ teneatur. Q uã quidẽ pœnã syndicatores tẽpore syndicatus auferre teneantur ab officiale prædicto & in cõmune facere deuenri alias de eoꝝ proprio cõmuni tantumdem soluere teneãtur. Ac etiam teneatur dictus officialis seu Iudex qui causam ipsam nõ expedierit ad damnũ & intereẽ partis in eo q̃ læsa fuerit ratione causæ infra tempus dictæ instantiæ non expeditæ & instãtia perempta q̃ ipso iure perempta intelligatur post lapsum dictoꝝ tẽpoꝝ. pars deserẽs in expẽsis cõdẽnet. & nihilominus omnia & singula acta probatoria uires obtineant. & fidem faciãt tam coram eodem Iudice q̃ coram alio inter easdem psonas hoc solo non obstãte q̃ acta ipsa probatoria seu attestatiões in ipsa prima instantia perempta inter partes a iudice nõ fuerint publicata & refectis expensis p ipsum deserentẽ possit ipse deserẽs causam cũ eisdẽ actis & in terminis in quibus reperit̃ prosequi & finire ipsa desertione nõ obstãte. In tempore aũt instantiæ prædictæ cõputari nolumus ferias nundinarũ: nec repentinas: quæ ex aliqua causa de nouo indicerent̃. Neq; etiã tempora instantiæ appellationis ab interlocutoria expediendæ p̃fixa per statuta cõis Fani ubi in principali causa ab interlocutoria debite secũdũ formam statuti cõis Fani contigerit appellari quousq; dicta appellatio ab interlocutoria interposita fuerit expedita: seu fuerit renunciatum eidem/uel appellatio ipsa deserta: nec ẽt tempora de cõi partiũ principalium seu tutorũ: curatorũ/syndicorum & aliorum legitimorũ administratorũ seu etiam procuratorũ: si ad id procuratores ipsi mandatũ habuerint speciale: uoluntate & consensu expresso fuerit instantia causæ suspensa: & demum p iudicem de ipsarum partium consensu fuerit pnunciatum instantiæ tẽpora nõ currere de quo consensu & pronunciatione per acta notarii constare debeat. Neq; etiam tempora uacationis officii potestatis. Neq; etiam tempora in quibus de consensu omniũ pcuratorũ præsentium & ad banchum existentiũ quacũq; de cã feriæ indicerent̃. Q uæ omnia tempora de tempore prædicto instantiæ ipso iure subduci uolumus & in illo nullatenus computari. Et eadem instantia obseruetur in causis quæ coram aliquib⁹ arbitris & arbitratorib⁹ seu amicabilibus compositoribus uerterent̃. In causis uero a quinq; ducatis & abinde infra usq; ad dictam quantitatem instantia causæ duret & durare debeat per duos menses continuos. Alter instantia causæ sit ipso iure deserta. In quibus quidem causis quinq; ducatorũ & abinde: infra

procedi possit & debeat quolibet tempore etiam feriato excæptis die-
bus in honorē dei feriatis/& omnia quæ ad cursum & suspensionē istā-
tiæ sunt dicta superius in aliis causis/ seruentur. In instantiis cārum qn-
q̃ ducatorū de quibus superius est expressum.

¶ De Feriis & diebus feriatis. Cap. XXV.

FEriatos ad honorem laudem & reuerentiam dei & sanctorum
suorum dies fore decreuimus infra scriptos: Videlicet omnes
dies dñicos. diē natiuitatis dñi nostri Iesu christi cū quattuor
diebus p̄cedētibus inclusiue: & cum omnibus diebus sequentibus usq̃
ad festum epiphaniæ: & post epiphaniā usq̃ ad secūdā diē inclusiue.
Dies tres carnis priuii: uidelicet diē lunæ diem martis & diem cineris.
Festum pascæ/Resurrectionis dñi nostri Iesu christi cum septem diebus
dictum festum p̄cedentibus & septem sequentibus / diē pentecostes cū
duobus diebus sequentibus. Tres dies rogationū de mane usq̃ ad horā
nonæ: Diem ascensionis dñi nostri Iesu christi. Diē corporis & sangui-
nis eiusdem. Dies festiuitatum quarūcūq̃ beatæ Mariæ uirginis glorio-
sæ tam cōcæptionis q̃ aliarū quæ per ecclesiam celebrant'. Dies festiuita
tum quarūcūq̃ .xii. Apostolorū. Dies festiuitatū sancti Nicolai: & sancti
Georgii. Dies festiuitatum quattuor euāgelistarū: Dies festiuitatū quat-
tuor doctorū ecclesiæ. Diem festi sanctæ Luciæ. Diem festi sancti Micha
elis archangeli de mense septembris. Diem festiuitatis natiuitatis Sancti
IoānisBaptistæ: diem festi sanctæ crucis de mense Maii. diem festiuita-
tis sanctæ Mariæ Magdalenæ. diē festiuitatis sancti Dñici. diē festiuitatis
sancti Thomæ de aquino. diem festiuitatis sancti Laurentii. diem festi-
uitatis sancti Francisci. diem festiuitatis omniū sanctorum: diem cōme
morationis omnium mortuoꝝ de mane usq̃ ad nonas. dies festiuitatis
Sancti Paterniani de mēse Iulii & nouēbris; sancti Fortunati: sancti Eu
sebii. Sancti Vrsi de Fano. diem festiuitatis sancti Antonii de Viena. diē
festiuitatis sancti Christophori. Sancti Barnabæ apostoli. Sancti Blasii.
Et oēs dies Veneris de mense Martii de mane usq̃ ad nonas: quos dies
seu partes ipsorū ut supra nolumus esse iuridicos: nisi in causis suspitio-
nis de fuga p̄sonæ asportationis occultationis seu dilapidationis bono
rum quorūcūq̃ mobilium: quod etiam locum habeat in feriis infrascri
ptis. Insuper ne cœlestis prouisio ob uictū humanum p̄parata pereat oc
casione momenti & temporibus debitis circa recollectū assidue possit i-
tendi. Statuimus q̃ a die .xv. mensis Iunii inclusiue usq̃ per totum mē
sem Iulii propter messes & recollectū bladorū: Et a prima die septēbris
inclusiue usq̃ ad .xv. diem octobris exclusiue ꝓpter uindemias & uuas

colligēdas. Et tempore nūdinarū dictæ ciuitatis quādo cōtigerit fieri de
bere in causis ordinariis inter ciues comitatiuos seu districtuales ciuita-
tis Fani & incolas dictorū locorū seu inter ciuē & forensem ius aliquod
nō reddat' nec reddi possit. Executiōib⁹ realib⁹ uel p̄sonalib⁹ pp fugā
& suspitionē seu ēt sequestris & sequestratiōib⁹ dūtaxat excæptis. Nisi
quatenus de ambaꝝ partiū uolūtate ꝓcesserit seu ipsis feriis messium &
uindemiaꝝ in iudicio uel extra a parte cōtra quā ageret' foret renūciatū
tacite uel expresse. Et nisi quatenus statutū ciuitatis Fani pmitteret. In-
ter forenses uero nō habitantes in ciuitate & districtu Fani q̃ in foro cō
munis Fani quomodolibet litigarēt omni tēpore ius reddat' In honorē
dei & sanctorū supradictorū feriis dūtaxat excæptis. Per p̄dicta tñ nō in-
telligat' eē ꝓhibitū qn dieb⁹ supradictis qbuscūq̃ possit pars citari pro
die iuridico dieb⁹ dñicalib⁹ pascalib⁹ & aliis de quib⁹ ī statuto d mō &
forma citatiōis fiēdæ cōtinet' dūtaxat: excæptis: qb⁹ dieb⁹ oēs habitātes
ī comitatu & districtu Fani morā trahētes & etiam forēses possint ꝓ die
iuridica citari ut ī dicto statuto Latius est expressum.

Citatio qn̄ possit fieri

¶ Q uibus dieb⁹ & horis potestas & eius iudices: Vicarius appellatio
nū: & alii officiales causaꝝ sedere debeāt ꝓ iure reddēdo: & de campana
hora iuris pulsanda. Cap. XXVI.

PRo expeditiōe cārū & fine litib⁹ īponēdo duximus statuēdū:
q̃ potestas Fani & eius iudices: Vicarius appellationū: & oēs a-
lii officiales causaꝝ cognitiōem hūtes singulis dieb⁹ & horis:
Excæptis diebus feriatis per statuta cōis Fani introductis bis ī die sedere
debeāt ad bāchū iuris ꝓ iure reddēdo ī cāis tā ciuilibus q̃ criminalib⁹ in
foro cōis Fani uētilādis & ad ipsius seu ipsoꝝ cognitionē spectātib⁹: ui
delicet de mane ante tertias: & eadē die post nonas & ante uespas. Vica-
rius tñ appellationū teneat' sedere post discessum bāchi dñi potestatis tā
de mane q̃ de sero. & teneant' & debeāt cuilibet petēti Iusticiā ministrar'
su pœna .xx. solidoꝝ uice q̃libet q̃ ī p̄dictis cōtrafactū fuerit potestati &
eius Vicario seu Iudici Vicario appellationū & cuilibet alteri officiali q̃
ad bāchū sedere debuerit & non sederit tēpore supradicto ipso iure imi-
nēte & cōi Fani applicāda. Et ut cāre uolētib⁹ īnotescāt tēpora sessionū
& horæ iuridicæ. Statuimus q̃ singulis dieb⁹ iuridicis supradictis qb⁹
ad bāchū iuris ꝓ iure reddēdo sedere debuerit singulo die iuridico pul-
set' cāpana cōis Fani solita ꝓ iure reddēdo pulsari ter ante sessionē/tā de
mane q̃ de sero. Excæptis dieb⁹ q̃dragesimalib⁹ ī qb⁹ sedere teneant' se
mel tātū ī die: uidelicet post nonas. Ita q̃ cāre & ad palatiū ꝓ iur' cōsequē
do accedēr' uolētes habilitatē habeāt accedēdi. Q uā qdē cāpanā Iudex

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY імені І. МЕЧИКОВА

potestatis cõis Fani pulsari facere teneat horis & tẽporibus supradictis sub pœna.xx.solidorꝝ eidẽ uice q̃libet qua cõtrafactũ fuerit ĩ p̃dictis ipo iure iminẽte. & q̃ in palatio cõis Fani esse debeat una cãpanella quæ p ĩtroitu & exitu bãchi pulsare debeat singulis diebꝰ & horis quotiẽs potestas & eius officiales p iura reddẽdo ad bãchũ intrabunt & a bãco discedẽt. Q uã q dẽ cãpanellã Iudex potestatis ut supra pulsari facere teneat dieb⁹ & horis supradictis sub pœna ut supius ẽ exp̃ssum post cuius qui dẽ campanellæ pulsationẽ quæ fiet p discessu a bãco potestas & eius officiales statim a bãco iuris discedere possint: & q citati fuerint ad bãchũ iuris & expectati usq̃ ad dictũ sontiũ campanellæ factũ p discessu a bãcho legitime expectati fuisse intelligant & possint p cõtumacibus reputari nisi iusta de causa meruerint a cõtumacia excusari.

¶ Q uod filiatio seu paternitas siue fraternitas prioratus Abbas abbatissa seu officiũ nõ negeat. & de pœna negantis. Cap.XXVII.

A D excludẽdas calumnias & cauillosas excæptiões quæ plerũq̃ magis litis protrahẽdæ causa q̃ zelo iusticiæ in iudicio opponi cõtingũt: Statuimus & ordinamus q̃ nullus in iudicio in aliqua causa ciuili criminali seu mixta excipiendo uel aliquid proponẽdo seu etiã positiõib⁹ de ueritate uel p uerbum credit uel nõ credit respondẽdo audeat uel p̃sumat negare filiationẽ paternitatẽ seu etiã fraternitatẽ seu cõsanguinitatem fore uel esse inter aliquos ciues cõmitatiuos districtuales ciuitatis comitatus seu districtus cõis Fani q ad inuicẽ ut pater & filii seu ut fratres uel aliter cõiuncti seu affines tractarent seu tenerent & tractarent haberent & tenerent ab eorum uicinis & notis. Et de quoꝝ filiatiõe & paternitate seu maternitate seu fraternitate uel cõiunctione p̃dicta esset publica uox & fama ĩ ciuitate Fani seu comitatu uel districtu eiusdẽ seu adminus in uicina cõtrata seu loco habitationis eorum de quorũ coniunctiõe prædicta ageret. Et similiter nullus audeat uel præsumat ut superius dictum est modo aliquo negare aliquẽ eẽ seu fuisse rectorẽ uel potestatem seu uicarium iudicẽ uel militẽ notariũ uel officialẽ ciuitatis comitatus uel districtus Fani seu etiã nunciũ uel plazariũ seu etiã priorẽ priorissam Abbatem abbatissam. Guardianũ seu aliã administrationẽ uel officiũ aliquod gerẽtẽ in spiritualib⁹ uel tẽporalibus seu p̃laturã habẽtẽ in spiritualibus uel tẽporalibus in ciuitate comitatu uel districtu Fani in aliqua ecclesia loco uel collegio seu uniuersitate dictæ ciuitatis comitatus seu districtus q de p̃nti esset uel ante fuisset ĩ quasi possessione p̃dictorũ officioꝝ & administrationũ spatio sex mẽsium pacifice & quiete: seu de quorũ officio & administratiõe seu officii

sonũ

& administrationis exercitio supradicto foret in ciuitate phani publica uox & fama; neq̃ etiã qs audeat uel p̃sumat negare modo aliquo ut superius est expressum aliquem esse seu fuisse notarium in ciuitate phani comitatu uel districtu q artem tabellionatus publice exerceret seu exercuisset ĩ p̃teritum spacio sex mensium: seu de quorum arte: & exercitio foret in ciuitate comitatu uel districtu phani publica uox & fama. Neq̃ instrumẽtum in publicã formã p̃ductũ scriptũ manu alicuius tabellionis seu notarii qui officium ut supra exercuisset uel de eius exercitio notariæ foret ut supra publica uox & fama & eiusdẽ manu & signo subscriptũ foret uel esset eiusdem manu scriptũ. Et q p se uel per aliũ cõtrafecerit in prædictis uel aliquo prædictoꝝ puniat qualibet uice ĩ.xxv. libris den̄. qua cõtrafactũ fuerit in prædictis seu aliquo prædictoꝝ de facto p officialẽ coram quo talis negatio facta fuerit a cõtrafaciente & negante siue sit p̃sona principalis: siue sit p̃curator etiam cũ generali mandato: siue sit tutor curator uel alterius quis administrator seu alius pro alio ĩtercueniẽs ab ipsa p̃sona negãte exigẽda & cõi Fani applicãda. Et si officialis in dictæ pœnæ exactiõe negligẽs fuerit seu remissus tãtũdẽ cõi Fani soluere cõpellat tẽpore syndicatus. uolentes q̃ de tabellionatu seu officio tabellionatus alicuius q diceret eẽ tabellio forensis aliunde q̃ a ciuitate comitatu uel districtu Fani p lr̃as patẽtes & autẽticas regiminis loci originis. Incolat⁹ seu domicilii dicti notarii forensis sigillatas sigillo publico dicti regiminis continẽtes & publicũ testimonium reddẽtes de exercitio tabellionatus dicti notarii forensis fidem fieri sufficiat: & illis stet nisi de cõtrario liquido appareret. ¶ De prioratu uero abbatia uel administratiõe seu aliquo alio officio uel administratiõe in spiritualib⁹ alicuius forensis prioris uel abbatis seu alteri⁹ administrationẽ uel officiũ habẽtis extra ciuitatẽ comitatũ uel districtũ Fani fidem fieri sufficiat si negaret per lr̃as testimoniales diocesani seu alterius ĩmediati superioris ipsi⁹ forensis sigillatas sigillo publico & autẽtico dicti diocesani seu ĩmediati superioris fidẽ facientis de officio & administratione prædicta & eius q negaret officiũ seu aliquã ex dictis administrationib⁹ habere quasi possessionis & officii seu administrationis exercitio pacifico & qeto. De officio uero & administratione tẽporali alicuius officialis alteri⁹ loci forensis a ciuitate comitatu uel districtu phani si negaret fidem fieri sufficiat p lr̃as testimoniales publicas & testimoniũ publicum habentes cõitatis seu uniuersitatis siue potestatis uel rectoris ciuitatis castri uel loci in quo officium uel administrationẽ quis exercuisse diceret. Nullusq̃ etiam audeat uel præsumat per se uel per aliũ in iudicio præponere

quod instr. pub. nõ possit

Nota de tabellion. forens. vide ... de ... gene quæstio. 31 not.

HAYKOBA ДЕРЖАВНА ОБЛАСНА БІБЛІОТЕКА ІМЕНІ М. ГОГОЛЯ

aliquã excæptionẽ euidenter calũniosam sciẽter litis morandæ & ꝓtrahẽdæ gratia. Et possit Iudex quotiens sibi uisũ fuerit falsam excæptionẽ replicationẽ seu defensionem aliquã ex prædictis: uel quãcũq; aliã in iudicio ꝓponi ꝓponenti sacramẽtũ malitiæ deferre/ & parte illã ꝓponẽte iurare recusante se illã animo malitiæ seu litis ꝓtrahẽdæ gratia nõ ꝓponer sed se illã uerã credere excæptionẽ seu replicationẽ de facto reiicere.

Quod uictus uictori in expẽsis cõdẽnet. Cap. XXVIII.

Statuimus q̃ in qualibet cã tã ciuili q̃ criminali siue mixta uictus uictori in expẽsis ꝑ iudicẽ seu aliũ de eius cõmissiõe taxãdis cõdẽnet & ꝑ iudicẽ debeat cõdẽnari in sentẽtia diffinitiua siue iterlocutoria in qua partẽ succũbere cõtigerit cõdẽnatoria, siue absolutoria a petitiõe seu ab obseruatiõe Iudicii/ seu etiã alia sentẽtia declaratoria quæ sup aliquo causæ articulo fieri cõtigeret. nõ obstãte q̃ ĩ causa fuerit de calũnia iuratũ: nisi ex aliqua iusta causa litigandi uictus ipse absolui meruerit & de iure debuerit: quo casu iudex uictũ ab expẽsis absoluere possit ex causa ꝑmissa cã tũ inserta in sentẽtia. Alias iudex ipse uictori ad expẽsas in qbus uictus debuerit cõdẽnari: seu a qbus minus legitime fuerit absolutus uictori teneat. Et facta cõdẽnatione expẽsarũ ad ipsarũ taxatiõem seu declarationẽ ꝓcedi possit sũmarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii. et illis declaratis ad ipsarũ solutionẽ in pecunia numerata tãtũ de facto iuris remediis ꝑ pignorũ captionem seu mulctæ impositionẽ uel etiã ꝑsonalem detẽtionẽ & aliis iuris remediis ꝓcedat. ꝓut iudici uisum fuerit nulla iudiciorũ solẽnitate seruata: tẽporib⁹ ẽt feriatis feriis in honorẽ dei dũtaxat excæptis: nisi ab ipsarum cõdẽnatiõe seu declaratiõe fuerit appellatũ seu ad nullitate ꝓpositũ. quapẽdẽte quo ad id super quo fuerit appellatũ seu de nullitate propositũ officiũ iudicis cõquiescat. Addimus tũ q̃ ubi uictus in aliquo causæ articulo fuerit in expensis cõdẽnatus: si ab expẽsarũ cõdẽnatiõe eo casu fuerit appellatũ: iudex principalis cãæ nõ obstãte appellatione ꝑdicta ĩ principali cã ꝓcedat. Si uero ab expensis eo casu nõ fuerit appellatũ / uictus ipse expẽsas in qbus extiterit cõdẽnatus & a quoꝝ cõdẽnatione seu declaratiõe nõ fuerit appellatũ soluere cõpellat. Et donec illas soluerit: in principali causa nullatenus audiat. Et prædicta tã in principalib⁹ causis q̃ appellationum uendicẽt sibi locum.

De modo & forma obseruãda in cõtractib⁹ minoꝝ. Cap. XXIX.

Minoꝝ utilitatib⁹ & indẽnitatib⁹ ꝓuidere uolẽtes ne in eorũ cõ

tractibus & negociis leuiter damnificari ualeãt siue lædi / sicut in plerisq; factum esse comperimus. Statuimus & ordinamus q̃ donationes /uẽditiones /remissiones/cessiones/quietationes & alienationes rerũ imobilium minorũ & etiã mobiliũ excedentium summã. xxv. libr. quæ mobilia seruando seruari possint: fieri non possint. Et facta nõ ualeãt ipso iure si alienatio nõ procedit ex dispositione eius, a quo bona alienanda ad minorem deuenerũt: nisi tutores ipsi uel adulti cũ consensu curatoris generalis uel specialis ad actũ, de quo ageꝫ: alienatiões ipsas facient cũ cõsensu duorũ ꝓximiorũ cõsanguineoꝝ si sint & haberi possint maiorum bonæ opinionis & famæ. Et si haberi nõ possint tunc successiue sequentes adhibeant. Et si consanguinei nõ extent seu haberi nõ possint tũc quatenus nõ extent seu haberi nõ possint adhibeant ꝓximiores affines & successiuo ordine quo supra in cõsanguineis dictũ ẽ. Ipsis aũt cõsanguineis uel affinibus non extãtibus: seu extantibus & tũ cõmode haberi nõ possint. Tunc si quidẽ deficiat unus Illius loco adhibeantur duo uicini ex bonis uiris de cõtrata ipsius minoris. Si aũt duo deficiant tunc ultra dictos duos bonos uiros adhibeat unus ex prioribus fraternitatũ ciuitatis Fani: qui qdẽ cõsanguinei affines uicini & prior suo modo adhibendi ut supra iurare debeant ad sancta dei euangelia manu tactis scripturis ad delationẽ dñi potestatis uel sui Vicarii ad actũ adhibiti se eẽ tales quales ad actum adhibiti sunt: & cãm alienationis ꝓpositã ut infra uerã esse & alienationẽ cedere ad minoris utilitatẽ & cõmodũ. Tutor aũt pupilli uel curator adulti generalis uel specialis ad actũ causã alienatiõis ꝓponere debeat corã potestate uel eius uicario ad actũ adhibito & iurare cãm ipsã uerã esse & ad utilitatem pupilli seu adulti cedere. Quæ qdẽ iuramenta tutoris curatoris consanguineoꝝ affinium & prioris oĩum suo casu pro ueritate habeantur. nisi cõtrarium legitime ꝓbaret. Quib⁹ oĩbus iteruenientib⁹ potestas seu iudex adhibitus decretum suũ dictæ alienationi interponere possit: sine quo & auctoritate cõsensu & solẽnitatib⁹ ꝑdictis alienatio & cõtractus ꝑdicti ipso iure non ualeãt: sed præsumantur & fingant dolose extorti & nullã obtineãt firmitatẽ iuramẽto non obstãte: & nihilominus cõtrahẽs cum minorib⁹ contra formã superius ãnotatã & ipse notari⁹ rogans se de tali cõtractu iudicis abitrio puniant. Prædictis autẽ ut supra interuenientibus actus & alienatio prædicta & modo prædicto facta ualeat & teneat. Quæ omnia & singula prædicta notarius ad actum adhibitus in rogatiõe describere teneatur. Reseruatum tamen intelligatur beneficium restitutionis in integrum ratione minoris ætatis & læsionis secũdũ iura cõia.

HAYKOVA PRIVATNÍ KNIHOVNA OHY IMENI M. MEDVĚDÍKOVÁ

A quo beneficio excludatur si iurauerit minor.xxv.ānis pubes tñ non ui non metu aut dolo induct⁹ se cōtra ipsam alienationē nō uēturum. Vel se maiorem ee ānis.xxv.qbus casibus beneficio.restitutionis minor iuuari nō possit sicut iure cōi disponit. Eo tñ casu quo uis met⁹ uel dolus adhibit⁹ sit cōtra minorē in alienatiōe p̄dcā. Alienatio sit & eē itelligat nulla ipso iure quo ad icōmodū & læsionē ipsi⁹ minoris. Si tñ minor alienās ut supra factus maior legitime ratificauerit: tūc contra ipsā alienationem uenire nō possit. In alienationib⁹ autē rei mobilis minoris seu minorū excedētis etiam summā æstimatiōis libr.xxv.quæ seruando seruari nō pōt. Et ī alienatiōe animaliū fructuū: ut uini frumenti olei & similiū: & eoꝝ quæ i fructu sunt & obuentionibus qbuscūq; & cuiuscūq; speciei sint decretū aliquod non reqrat nec cōsensus cōsanguineorum affinium uicinorū seuprioris de qb⁹ supra. Et quæ supradicta sunt de tutorib⁹ suo modo in oib⁹ & p oia locum habeant ī curatorib⁹ furiosoꝝ mētecaptoꝝ & pdigoꝝ. Et oia & singula quæ supradicta sunt in alienatiōe rei minoris īmobilis quo ad solēnitates & oia suprascripta suo modo uēdicēt sibi locū ī actib⁹ & casib⁹ ī qb⁹ tractaret de minore obligando ultra quātitatē libr. cētū. ¶ In aliis autē casib⁹ cōtractuū minorum quasi cōtractuū distractuū obligationum quarūcūq; hoc statuto nō expressis iura cōia seruari debeant. ¶ Volumus tñ q; qetatio remissio cessio uel cōcessio facta Matri.fratri uel fratrib⁹ uel alicui recipiēti noīe matris fratris uel fratrū de bonis paternis uel maternis uiuente patre uel matre uel etiā mortuo patre uel matre occasiōe suppleñti uel alia quacūq; cā. A sorore pupilla uel maiore cum auctoritate tutoris uel sine ppetuam habeat firmitatem aliquo non obstante.

¶ Quod mulieres nuptæ se obligare non possint p̄ter formā īfrascriptam. Cap.XXX.

Quoniã hæres cũ defuncto eadẽ psona censet̃: & incõgruum sit eos qui unũ a iure reputant̃ diuerso iure censeri. Statuimus & ordinamus q̃ adita seu agnita hæreditate defuncti per hæredẽ quẽcũq̃/ suũ uel extraneũ/ Verbo seu facto/ de qua aditiõe seu agnitione hæreditatis ꝓbari possit ꝑ legitimas ꝓbatiões seu ẽt ꝑ responsionem factã in iudicio ꝓparatorio seu interrogatorio ad quã faciẽdã cogat̃ per iudicem iuris remediis opportunis infra dies quattuor ad plus unusq̃s/ q̃ ad instantiam cuiuscũq̃ agere uolẽtis: nisi ille qui iterrogat̃ assereret uelle adire cũ beneficio iuentarii/ quo casu ꝑstito iuramẽto calũniæ ipsi taliter asserenti ꝑfigat̃ & ipso iure ꝑfixus intelligat̃ terminus a iure cõi statutus ad incohãdũ ac perficiẽdũ inuentariũ. Et a tẽpore agnitionis ꝑdictæ omniũ rerũ & bonorũ defuncti per ipsum possessorẽ tẽpore mortis eius in hæredes & successores defuncti quoscũq̃ ex testamẽto uel ab intestato ipo iure auctoritate præsentis statuti ꝑ solã hæreditatis agnitionẽ seu appræhensionẽ absq̃ alia corporali appẽhẽsione ĩtelligat̃ eẽ trãslata possessio & ipso iure agnita hæreditate defuncti ꝑ solã agnitionem sit & eẽ intelligat̃ hæreditatis dñs & possessor/ & habere oẽ ius proprietatis seu quasi/ & possessionis seu quasi/ quod penes defunctũ tẽpore eius mortis erat. In qua quidẽ possessiõe tueri & defendere se possit/ ac ꝑ of-

HAYKOBA ЕЛЕНА ОНУ
Copy made by IMEQ ЯИКОВА

ficiales cōis Fani manuteneri debeat. Ac si realiter possessionē bonorū appræhendisset.

¶ Quod q cōtraxerit uel arras dederit non possit discedere a cōtractu. Cap.XLVI.

Statuimus/q nō liceat alicui postq̄ contraxerit cū aliquo uel arras dederit uel receperit recedere a cōtractu: nisi esset de cōsensu & cōcordia utriusq̄ partis: pœna cuilibet contrafacienti tertiæ partis ptii rei de qua initus fuerit contractus: & amissionis arrarū: cuius pœnæ medietas sit cōtractū obseruatis/ & alia medietas sit cōis Fani Et nihilominus cōtractū pficere teneat & cōpellat p iudicē remediis opportunis: summarie & de plano sine strepitu & figura iudicii.

¶ De lucro dotis fiēdo p uirum muliere pdecedēte in matrimonio: & de rebus eidem mulieri transmissis in matrimonio nō dū p carnalē copulā cōsumato. Cap.XLVII.

Cum plerūq̄ ptextu ornamētorū mulierū & nuptiarū/hoīnes ex pēsas maximas: & grauia dāna patiant: Statuimus firmiter & ordinam⁹ q mulier ab itestato siue cū testamēto sine filiis decedēte dimidia dotis & augumēti dotis suæ auctoritate pntis statuti sit esse debeat uiri sui. Si uero talis mulier reperiret habere filios ex alio uiro tēpore suæ mortis/uel nepotes uel neptes ex ipsis filiis & non ex uiro superstite/uir superstes p uno filio cōputet & succedat i dote in uirilem partē cū filiis alteri⁹ uiri seu nepotib⁹ uel neptib⁹ filiorū uel filiarū. Itaq̄ si unus sit filius uel filia/uel un⁹ nepos: uel neptis una pluribus filiis nō extātib⁹ dimidia dotis uel augumēti dotis sit & eē debeat uiri supstitis. Si uero haberet plures filios/uel nepotes ex eis/filiis ipīs nō extātib⁹ uir supstes succedat i uirilē partē cū dictis filiis uel nepotib⁹ uel neptib⁹ Ita tū q nepotes & neptes pdicti eādē uirilē & nō maiorē habeāt: q̄ haberēt si eorū pater seu mater uiueret: In quorū loco pdicti nepotes uel neptes succedūt: & dicta uirilis pars sit & eē debeat ipsius uiri eadē & tāta q̄ ta si pater uel mater dictorū nepotū & neptū Suæ uxoris supuiueret: Ac idē et sit & eē debeat de oibus puentis ad eū a dicta sua uxore pmortua ob causā dotis & augumēti dotis. Si aūt post mortē matris remanserit filii prioris matrimonii/& secūdi uiri supstitis: & ex utroq̄ matrimonio extiterit masculi cū fœminis tota dos iter liberos masculos æqualiter diuidat & hoc casu uir supstes nihil lucret de dcā dote. sed i parte obueniente suis filiis sit usufructuarius iuxta dispositionē iuris: & filiæ fœminæ i casu pdcō dūmō sint cōgruæ dotatæ stēt tacitæ earū dotib⁹: Si uero ex priori matrimonio supessent fœminæ tātū: & ex secūdo uiro supeēnt

masculi et tūc fœminab⁹ pcedētis matrimonii sola legitima debeat: & residuū dotis sit masculorū secūdi mariti: Sed si e/ cōtra ex priori matrimonio superessent masculi: & ex secundo uiro supessent fœminæ tantū tunc dictis fœminabus sola legitima debeat: masculis aūt prioris matrimonii residuū dotis applicet. Et pdcā oia & singula uēdicēt sibi locū tātū uxore ducta p uirū ad domum suā siue marito eūte i domū dictæ suæ uxoris cā habitādi cū dcā sua uxor: seu cā nuptias legitime ibidē celebrādi & nuptiæ ipīæ fuerit celebratæ & matrimoniū iter eos p carnalē copulā legitime cōsumatū pactis siue cōditiōib⁹ cōtētis i breuib⁹ siue dotis pmissiōib⁹ siue i istrumēto dotali iurib⁹ ciuilib⁹ uel municipalib⁹ aliqbus nō obstātib⁹/quæ ex nūc oī uigore careāt & uirtute & de partib⁹ & portiōib⁹ ut supra dictis uxores ipīæ in piudiciū suorū uirorū nullaten⁹ disponere possint quoquo mō. Et huic statuto in nullorū pdictorū casuū renūciari possit. De residua uero dote sua/& de residuo augumēti dotis forma istrumēti dotalis & breuiū & dotis pmissionū obseruet.

Si uero contigerit mulierem habere alia bona quæ non sint in dotem uel augumentum dotis tradita uiro suo. De his mulier sine consensu uiri faciat uelle suum statuto aliquo non obstante. Et quando uxor nōdum ducta ad domum sui uiri decederet ante matrimonium p carnalē copulā cōsumatū: uestes ānuli iocalia & munera quæcūq̄ quæ mariti⁹ spōsæ suæ: aut suæ futuræ uxori trāsmisisset/ea oīa quocūq̄ titulo trāsmissa p spōsalib⁹ factis: uel fiēdis cōmodata itelligantur ipsi spōsæ seu uxori p suū spōsū gratia ipsi⁹ spōsi/auctoritate pntis statuti/& ad oīa & singula ea restituēda hæredes spōsæ quæ recæpisset res ut supra trāsmissas: uel rerū pdictarū possessores uel detētores sine strepitu & figura iudicii/facti ueritate īspecta/cōpellant spōso ipsi⁹ spōsæ pdefunctæ. Viro āt uel spōso pdecedēte ante cōsumatū matrimoniū p copulā carnalē/restituere cogat ipsa spōsa/uel detētores medietatē ipsarū rerū ut supra transmissarū uel ipsi⁹ medietatis dictarū rerū æstimationē/nisi aliter actū fuisset iter ptes/uel aliter de partiū uolūtate ampliori uellēt liberalitate uti i ambobus casib⁹ pmissis. Si uero maritus post cōsumatū matrimoniū p carnalē copulā decederet quādocūq̄ remanēte uxore sua uidua cū filiis dicti mariti sui ex utroq̄ cōplexu uel sine filiis pdictis dos tota restituat eidē mulieri/uel cui eā ius dederit/pterq̄ si id qd datū eēt in rubba usu cōsumeret. Et si qd īmobilis uel rubbæ dotaliū p maritos uel alios attinētes mariti & quascūq̄ alias psonas subpignoratū fuerit penit⁹ cōsumptū uel quomodolibet alienatū i piudiciū uxorū pdictarū id totū itegrū restitui debeat uxoribus prædictis uel eius ualor/Adeo q uxores & mu

HAYKOBA ЕЛЕКТРОННА БИБЛИОТЕКА ОНЛАЙН ИМЕНИ ЛЕСКОВА

lieres ꝑdictæ dotes ſuas rehabeãt integras & illæſas ꝑter id quod uſu cõ ſumaret' ut ſupra tactũ eſt: Et quod dictæ mulieres uel ius habẽtes teneã tur ex forma ꝑntis ſtatuti retollere res ĩmobiles & rubbas ĩ dotẽ datas ꝓ eadẽ æſtimatione qua dictæ res fuerint æſtimatæ tẽpore datæ dotis præ fatæ nõ obſtãte ꝙ p uſum aut alio mõ fuerint in aliquo attritæ uel dete rioratæ. Et huic ſtatuto ĩ nullo caſuũ ꝑdictoꝝ renunciari poſſit. Et ſi re nunciatum fuerit renunciatio ipſa nõ teneat ipſo iure. Addẽtes ꝙ nota rius de dote rogatus teneat' res mobiles indotẽ datas ſingulariter & de per ſe diſtincte quanto clarius fieri poteſt notare: ſub pœna decẽ libr. ab ipſo notario de facto auferẽda: & nihilominus parti ad dãna & intereẽ teneatur.

¶ Quod extãtib⁹ filiis ex primo matrimonio mulier alterius matri monii nõ poſſit ſeu ualeat iæqualiter teſtari inter eos. Cap. XLVIII.

ID fraudes quæ quotidiæ ĩ filiorũ primi matrimonii dãnũ: & legis fraudẽ excogitantur tollendas: Statuimus & ordinamus ꝙ nulla mulier quæ tranſiuerit ad ſecunda uota: & ĩ matrimo nio ad quod tranſiuerit deceſſerit extantib⁹ ex præcedenti matrimonio liberis poſſit ſeu ualeat in uirũ ſecũdũ/ſeu in filios aut liberos ſecũdi ma trimonii in quo deceſſerit inter uiuos ſeu etiam ultima uoluntate diſpo nere eidẽ plus relinquendo ſeu dando q̃ reliquerit ſeu dederit filiis aut liberis primi matrimonii ſuperſtitibus nec e contra poſſit plus reliquere uel dare liberis primi matrimonii q̃ ſecũdi: ſalua tm̃ ſexus maſculini præ rogatiua inter liberos primi & ſecũdi matrimonii. Nã ſi ex primo matri monio ſupereſſet tm̃ ſexus fœmineus ex ſecũdo ãt maſculinus uel e con tra non cogat' hoc caſu ad ſupradictã æqualitatem. Sed congrue dotatis fœminabus reliquum poſſit inter maſculos diſtribui. Et ſi aliter uel alio modo diſpoſuerit q̃ ſupius ſit expreſſum/diſpoſitio ipa non ualeat ipo iure: nec ullũ ſortiat' effectũ: in fauorẽ eorũ cui plus datũ fuerit q̃ aliis. Et totũ quod eis reliquerit ſeu dederit ultra id quod præcedentis matri monii filiis aut liberis & e contra dederit ſeu reliquerit pro non relicto uel non dato habeat'. & ad primos uel ſecundos liberos deueniat ipſo iure ſaluo iure legitimæ portionis. Et idem de uiro intelligatur & obſer uet' prout de uxore ſecũdo nubẽte ſuperius eſt expreſſum.

¶ De compromiſſis fiendis inter affines & cõiunctos uſq; ad quartum gradũ. Cap. XLIX.

¶ ET inter quos amoris feruor & caritas incaleſcere debet diſcor diæ atq; lites locũ nõ habeant/& ut earũ inexcogitati exitus q plerũq; dãna nõ modica atq; cædes pariunt amputent'/ꝓ bo no & utilitate publica ciuiũ ciuitatis Fani & ſubditorũ eiuſdẽ. Statuim⁹ & ordinamus ꝙ inter coniunctos ſeu affines affinitate durante/de oib⁹ & ſingulis quæſtionibus litibus ſeu controuerſiis quæ mouerentur & eſſent inter coniunctos conſanguinitate uel affinitate uſq; ad quartũ gradum/gradu ſecundum iura ciuilia cõputato/quacunq; de cauſa ſeu occaſione/fiat & fieri debeat ad petitionẽ partium prædictarum ſeu ea rum alterius compromiſſum in duos ſeu tres cões amicos tanquam ar bitros & arbitratores & amicabiles compoſitores bonos uiros/de iure & de facto: uel de iure tãtum/ſiue de facto tantum/prout partes fuerint in concordia/ſeu Iudici uel alteri partium pro bono pacis & concordiæ & amputatione litium prædictarum & utilitate dictarum partium & ea rum minori damno: Attenta qualitate facti & cauſæ ſeu negocii & per ſonarum conditione/uidebitur conuenire. Qui quidem arbitri & ar bitratores & amicabiles compoſitores ſic aſſumpti partes ad pacem: & ad concordiam inducere ſtudeant/dictas lites & diſcordias cognoſcere & terminare poſſint & ualeant de iure & de facto & omni modo quo melius eis uidebitur fore factum/pro bono pacis & concordiæ dictarũ partium & earum minori damno. dum tamen partes ipſas ſeu earum al teram nimium non lædant/& dolus malus ab eis abſit: & intelligantur habere & habeant ordinariam iuriſditionem in dictis cauſis.

Quorum diffinitioni & dicto ſtetur & ſtari debeat/nec ab eis poſſit ſeu ualeat reclamari ſeu appellari/niſi ſemel tantum ratione doli commiſ ſi per dictos arbitros ſiue eorum alterum ſiue ratione damni enormis & nimii exceſſus. Et intelligatur damnum enorme ſeu exceſſus ſi par tes ſeu earum altera læderetur in ſexta parte ualoris & æſtimationis cau ſæ & litis prædictæ: ſeu æſtimationis rei uel iuris de quo eſſet controuer ſia fiendæ Habita ratione & conſideratione litis & dubii euentus eius. Et teneantur & debeant dictas lites & quæſtiones terminaſſe infra du os menſes a die in eos facti compromiſſi & accæptati. Ipſa tamen die minime computata. Infra quos dies dicti arbitri dictum negocium ter minaſſe debeant: ſub pœna decem librarum cõmuni phani applican da. Et ſi dicti arbitri ſeu arbitratores forent diſcordes ſeu eorum ma ior pars: Poteſtas phani ſeu eius Vicarius ad petitionem partium uel al terius earum partes ipſas per detentionem perſonalem ad tertium aſſu mendum compellat. Et ſi in tertii aſſumptione

dãnũ enorme

Infra duos mẽses

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

discordes forent assummatur tertius per potestatem uel eius Vicarium
qui tertius assumptus una cũ primis arbitris causas prædictas & discor-
dias terminare teneant secundum formam pñtis statuti. Et quod per
eos seu p maiorẽ partẽ eorꝫ factũ fuerit uires obtineat firmitatis. Possint
etiã pcedere ĩ dictis litibus summarie & de plano sine strepitu & figura
iudicii nulla iudiciaria forma seruata/dũ tñ partiũ defensiões & ꝓbatio
nes: & eorꝫ arbitria & declaratiões rediganť iscripturã: qꝫ buscũqꝫ diebus
etiã feriatis: diebꝰ pascalibus ac dominicis: necnõ festiuitatibꝰ apposto-
lorũ & beatæ Mariæ uirginis gloriosæ & beati Ioannis baptistæ dũtaxat
excæptis. Et habeãt & hĩc intelligant auctoritate pñtis statuti arbitri &
arbitratores p̃dicti inter coniunctos consanguineos uel affines ut supra
assumpti potestatẽ arbitriũ & bailiã citandi & monendi tã testes/ q̃ etiã
partes & alias psonas necessarias pro expeditione negocii: & inobedien
tes & cõtumaces mulctãdi & pignorari faciẽdi totiẽs quotiẽs inobediẽ
tia exegerit/& contumacia. Et in omnibus necessariis & incumbẽtibus
fiendis pro expeditione negocii in eos cõmissi habeãt & habere itelligã
tur a cõi Fani oĩmodo ordinariã potestatẽ arbitrium & bailiam: & eisdẽ
quotiẽs opus fuerit & necesse potestas Fani per eos seu maiorem partẽ
eorum fuerit requisitus teneat auxilium opportunum & potestatis eiꝰ
brachium impendere & beroarios & familiam pro eorum officio exer-
cendo exhibere: sub pœna. x. libr. deñ. cõi Fani applicanda quotiẽs in p̃-
dictis negligẽs fuerit seu remissus. Nuncii enim cõis Fani eisdẽ in oibꝰ
ad eorum officium spectantibus parere teneant & debeant: sub pœna
xx. solidorũ uice qualibet qua eis parere cõtẽpserint. In eo quod eis per
dictos arbitros/uel maiorem partem eorũ cõmissum fuerit ispectãtibus
ad eorũ potestatem & arbitrium prout superius est expressum. De litibꝰ
uero & controuersiis quæ essent inter affines cõsanguineos & coniũctos
supradictos pupillos tantũ/seu pupillũ & maiorem/fiat & fieri debeat
compromissum in eorum cões amicos de iure tantum in sententiando
& de iure & de facto in procedẽdo/prout superius ẽ expressum. Nemo
insuper assumptus in arbitrum arbitratorem & amicabilem composito
rem inter prædictas personas dictam assumptionem recusare possit seu
ualeat: sed ad illam accæptandum officio iudicis iuris remediis/etiam si
opus fuerit personali detentione: nisi iusta & uera excusationis causa &
a iudice approbata meruerit excusari/omnimode compellatur. Et præ-
dicta locum sibi non uendicent ubi extarent instrumenta publica uel
aliter iura partium liquida forent: seu si adeo foret iam in lite coram iu
dice processum ꝫ prima dilatio probatoria foret elapsa.

Teneant isup dicti arbitri & arbitratores tẽpore assumptiõis eorũ ad sa-
cra dei euangelia iurare de eorꝫ officio bene & legaliter exercendo.
Teneat insup ptãs seu eiꝰ Vicarius ad petitionẽ partiũ seu alteriꝰ partis
totiẽs quotiẽs fuerit reqsitꝰ cõpellere & cogere p̃dcõs arbitros & arbitra
tores ad expeditionẽ negocii & causæ prædictæ captis pignoribꝰ & mul
cta ĩ dicta/ẽt psonaliter illos arbitros & arbitratores detinẽdo ĩ palatio/
sub pœna. x. lib. deñ. a ptãte seu Vicario p̃dictis si negligẽtes fuerint ĩ p̃-
dictis auferenda & cõi Fani applicanda.

¶ De suspectis & fugitiuis. Cap. L.

Quoniã ĩ modici tẽporis mora quãdoqꝫ piculũ adest: & interdũ
psona locus ac tẽpus nõ patiť plenius deliberãdi haberi cõsiliũ
& habilitatẽ adimit differẽdi. Statuimus & ordinamꝰ qꝫ oẽs
& singuli nõ possidẽtes in ciuitate Fani eiusqꝫ comitatu & districtu bo-
na ĩmobilia sufficiẽtia pro debiti q̃titate uel aliter de fuga & recessu su-
specti: quæ qdẽ suspitio supuenerit post obligationẽ cõtractã: ad petiti-
onẽ creditorꝫ suorꝫ asserentiũ p̃dcõs suos debitores ĩ ciuitate Fani & eiꝰ
territorio ꝓut supius ẽ exp̃ssum bona ĩmobilia sufficiẽtia ꝓ debiti q̃tita
te ut supra nõ possidere/nec habere expedita: ipsosqꝫ eẽ suspectos & fu-
gitiuos: causamqꝫ suspitiõis & fugæ uerisimilẽ allegãtes/ & ex cã p̃dicta
de ipsorꝫ fuga & recessu dubitãtes: affirmãtesqꝫ p̃dcã ꝓprio sacramẽto p
se uel eorꝫ pcuratorẽ legitime cõstitutũ: facta fide de debito p publicũ ĩ-
strumẽtũ: uel ad minus p unũ testẽ/si istrumẽti seu testiũ copia: & facul
tas exhibitionis haberi poterit ĩ promptu: Et si pars iuraret se dictas pro
bationes in prõptu nõ habere: & suspitionẽ adeo urgere qꝫ ĩ mora tem
poris piculũ eẽt ad minus facta fide de debito p iuramẽtũ partis capi: &
detineri possint & debeãt. Et teneant ptãs & eiꝰ Vicarius quotiẽs fuerit
reqsiti p creditores p̃dictorꝫ: p̃dictos eorũ debitores facere detineri: & co
rã se duci sub fida custodia anteq̃ mittant ad carceres: & eos sup eorum
defensionibꝰ audire. Et si detẽtus ipse satisdare uoluerit de iudicio sisti
dãdo fideiussores uel pignora/ad carceres nõ mittať: sed detẽtus ipse re
laxeť in pristinã libertatẽ. Si uero satisdare noluerit seu non poterit: &
debitũ cõfessus fuerit seu negauerit: mittať ad carceres: seu aliter tute cu
stodiať officialis piculo: seu custodis carcerũ ꝓut ei uidebiť. Et de custo
dia seu carceribus nõ relaxeť: donec creditori fuerit de debito satisfactũ
& de expẽsis: seu si debitũ liqdũ nõ fuerit: satisdatũ fuerit de iudicio si-
sti ꝓ debito & expẽsis: Seu si debitũ fuerit ĩ diẽ uel sub cõdiriõe satisda-
tũ fuerit de soluẽdo debitũ in diẽ: uel cõditiõis euẽtum: seu debitor ipse
a petito fuerit absolutus: seu cum creditore aliter in concordia fuerit.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНУ
Library of Mechnikova

Et ubi detentus ipse debitum pro quo detentus fuerit negauerit/tenea-
tur & debeat iudex eidem creditori ad probandum de eius iure & causa
decem dierum terminum assignare seu statuere: si pbationes habuerit i
ciuitate comitatu uel districtu Fani. Et si extra ciuitatē comitatū uel di-
strictū Fani i prouincia Marchiæ & Romandiolæ probatiōes haberet de
quo fidē fieri sufficiat pprio iurametō creditoris. xx. dies seu maiorē ter
minum arbitrio iudicis statuēdum pro longitudine & maiori distantia
loci assignare & statuere teneat' & debeat. Quos dies & terminum eidē
actori auctoritate præsentis statuti pfigimus & pfixi intelligantur & siñ
aliqua iudicis assignatiōe ad pbandū & probatum habendū de eorum
iure creditoribus antedictis: infra quos prædicti creditores probasse de-
beant de eorum intentione. Quibus elapsis si eorū itentionē nō proba
uerint relaxet'/detentus pdict9: & qui detineri fecerit eidem detento in
simplum dāna & expensas in duplum satisfacere cōpellatur/etiam sine
aliqua condemnatione fienda: taxatione de expensis factis per detentū
eius sacramento declaranda omnibus remediis opportunis etia perso-
nali detentione si opus fuerit. Et si detentus aliquis dicere uellet seu as-
sereret se in iuste detentum pro eo maxime quia assereret se non fore su
spectum nec fugitiuum: & detineri facientem redarguere de piurio uel
let/petendo se relaxari: terminus eidē competens assignetur arbitrio iu-
dicis ad probandum de eius idoneitate & suspitionem purgandam. Et
si probauerit se non fore suspectū relaxetur. Et qui illum detineri fece-
rit pœna periurii secūdū formam statutorum cōis Fani puniantur: & i
expensis in duplum detento eius sacramento declarandis nihilominus
condēnetur: si autem non probauerit de eius non suspitione: habeatur
pro legitime capto absq; q aliter captura de iplo facta fuerit iustificata
nisi ut supra est expressum. Interim tū q̄diu purgata fuerit suspitio pdi
cta detētus ipse detineat' & detentus permaneat. Nisi satisdare uoluerit
de iudicio sisti coram iudice & se psentando ad carceres seu pristinam
custodiam redeundo si suspitionem iuratā seu causam suspitionis pro
qua detentus fuerit nō purgauerit. Teneat' insuper qui aliquē uoluerit
facere detineri: ex causa superius allegata eadem die i scriptis apud acta
petitionē qualē q̄lē porrigere in qua ad minus causam obligationis: &
debiti quantitatem & suspitionis causam cui9 occasione fecerit debito-
rem uel uult facere detineri/exprimere teneat' & de ipsis fidem facere p
ut superius est expressum. Et possit prædicta petitio porrigi: & cōmissio
de detinēdo fieri: Et alia circa ipsum necessaria de qbus supius ē expssū
parte absente & nō citata: tēpore quolibet ēt feriato in honorem dei.

Et idem seruet' in reo detento relaxādo. Et nō possit aliquis detineri ex
forma pñtis statuti qui tēpore obligationis cōtractæ uel postea fideius-
sorem creditori dederit: seu ubi creditor correū pariter insolidū habue-
rit obligatū pñtem idoneū & nō suspectū/Nisi fideiussor ipse seu corre-
us idonei nō forēt seu simili suspitione laborarēt: quæ post obligationē
cōtractā superuenisset. uel aliter dictus debitor de dolo in debito cōtra-
hendo conuinceret'.

¶ De officio aduocatorū & pcuratorū: & de eorū salariis. Cap. LI.

Statuimus & ordinamus/q aduocati & pcuratores ciuitatis Fa
ni teneant' & debeāt cuicūq; petenti aduocatiōis seu pcuratio
nis patrociniū pstar: & cōsiliū & auxiliū i aduocādo pcurando
& cōsulēdo pbere/bene legaliter & fideliter/& nemini aduocatiōis uel
pcurationis seu cōsilii subsidiū denegare audeāt uel psumāt: sub pœna
xxv. lib. deñ. cōi Fani applicāda totiens quotiēs fuerit cōtrafactū. Et qli
bet possit prædictos accusare & denūciare: & habeat medietatē pœnæ. &
credat' denūciāti & accusanti cū uno teste. Et qa sæpe cōtingit/ q pcura
tores cupidine lucri causas hōmū agūt sine aduocati cōsilio: exquo ple-
rūq; cārū dñis dāna nō modica inferunt' eorūdē pcuratorū culpa uel de
fectu. Volumus q in quæstionibus & causis excedētibus sūmā. xxv. du-
catorum monetæ & aliis cāis graui9 & pōderosis nullus pcurator aude
at uel psumat p se solū exercitiū causæ assūmere sine aduocato: nec facer
uel dictare petitionē seu libellū/positiōes seu capitula: nec aliā scripturā
p iudicialē seu pōderosam. Quod si cōtrafecerit/& culpa eiusdē uel de-
fectu/dñs in cā succubuerit: parti læsæ teneat' ad dāna & expensas: quas
dñs portauerit seu sustinuerit occasione pdicta: quas de facto reficere cō
pellat' de plano sine strepitu & figura iudicii & nihilominus arbitrio iu
dicis puniat'. Si uero cām egerit cum aduocati consilio: a pœna pdicta
releuet' pcurator: & ad ipsam pœnā parti læsæ teneat' aduocatus: si fal-
se cōsultus fuerit & malitiose. Ita tamē q eo casu pcuratores ipsi libellū
seu petitionē/neq; capitula seu positiones/pducere audeāt uel psumāt:
nisi scripta seu subscripta manu aduocati causæ pdictæ. Alias si cōtrafe-
cerit ipse pcurator & ex defectu pdictarū scripturarū cā pderet': teneatur
parti ad dānū & interesse ut supra. Causas aūt graues quo ad pdicta itel-
ligi uolumus oēs cās pecuniarias excedētes summā uigintiqnq; floreno
rū monetæ. Ac ēt oēs cās criminales cuiuscūq; q̄titatis/seu etiā corpora-
les uel diffamatorias/quæstiones seruitutū & iurisdictionū/cēsuum &
aliaq; præstationum personalium. ¶ Verum quia nemo cogitur suis
stipendiis militare: aut de proprio inuitus beneficium impartiri.

HAYKOBY BIBLIOTEKA OHYMCHIH MEDHMKOBA

Quin potius dignus censeat mercenarius mercede sua: Vt hi causarũ patroni/& procuratores nostræ ciuitatis spe aliqua præmiorũ & honorificentia debita/Non autẽ metu terribili prouocent ꝑ stipẽdio & mercede tanti eorũ laboris & patrocinii ꝙ in causis quas fouent impenderit salaria modo infra designato pcipere debeant consequi & habere. Aduocati quidem in causis ordinariis qbus libellus offertur/ lis contestat/ & reliqua ex ordine iudicii pagunt/pcipiãt contentiq; sint & habere debeant/ꝑ salario bonoñ. quattuor ꝑ quolibet ducato usq; ad summam ducatorũ quinquaginta: & abinde infra: quæ in libello actoris deducerent. A quinquaginta ducatis supra: usq; ad ducatos centum/ ultra prædicta habeant pro secundis qnquaginta ducatis / aduocati bonoñ. tres pro quolibet ducato. Abinde supra ultra prædicta pro tertiis qnquaginta ducatis bonoñ. duos pro quolibet ducato: pro quartis autẽ quinquaginta ducatis ultra prædicta bonoñ. unũ & deñ. xv. pro quolibet ducato. Intelligendo ducatũ in oibus suprascriptis & infrascriptis ad rationẽ xl. bonoñ. & abinde supra habeant dicti aduocati quantacũq; sit quantitas & ualor rei de qualis seu quæsito agitaret bonoñ. unum ꝑ quolibet ducato. In causis uero criminalibus si pœna fuerit capitalis salariũ aduocati sit ducatorũ. xxv. si autẽ fuerit pœna abscissiõis membri sit ducatorũ. xviii. si autem fuerit alia quæuis pœna psonalis uel corporis afflictiua sit ducatorum. xiii. Sin autẽ quæstio fuerit de alia re inextimabili per solidum & libram habeat aduocatus salarium quod illi per iudicẽ dictæ causæ fuerit declaratum. Addiciẽtes ꝙ huiusmodi q̃titates & salaria suprascripta quæ taxata sunt pro primis quinquaginta ducatis non confundantur in aliis. Et sic de cæteris: dũ tamen salaria supra & infrascripta aduocatorum/summam & quantitatem uigintiquinq; ducatorum. Procuratorũ aũt dimidiam dictæ quantitatis ullatenus non excedant. ¶ Procuratores uero pro eorũ salariis percipere debeant & haberẽ medietatem quantitatis in causis iam dictis & infrascriptis pro rata quã habẽt & percipiũt aduocati causarũ prædictarum. ¶ In causis autem extraordinariis in quibus de plano sine ordinario libello ꝓcederetur tam coram iudicibus q̃ etiam arbitris & arbitratoribus causis breuibus & executiuis: aduocati & procuratores percipere debeant & haberẽ pro salario duas tertias q̃titatis quã pro rata percipiũt in causis ordinariis suprascriptis /prout supra extitit declaratum. Et ipsi aduocati & procuratores ꝑ eodẽ salario & mercede quã i principali causa iam percæperint teneantur eorum patrocinium impartiri in appellationibus/ quæ ante sententiam diffinitiuam quomodolibet interponerentur & a meris interlocutoriis/ac etiam restitutionibus in integrum principaliter aut incidenter postulatis in ipsis causis quibus aduocati & procuratores a principio fuissent ordinati & principaliter constituti. In his autẽ appellationib⁹ quæ a sententiis diffinitiuis interpositæ essent uel quæ uim haberent sententiarũ diffinitiuarũ reclamationibus/recursibus/reductionibus ad arbitrium boni uiri & huiusmodi habeant & habere debeant atq; percipere pro eorum salario Vltra id quod i prima causa percæperint duas tertias q̃titatis pro rata cuiusq; quã in primis causis suprascriptis habuerint. Et prout supra extitit declaratũ. Dum tamen causas dictarum appellationũ reclamationum/recursus/restitutionum/reductionumq; prædictarum in ciuitate Phani contigerit agitari & non alibi ullo modo. Quo casu liceat aduocato & procuratori super salario pacisci & cõuenire cũ clientulo pro libito uolũtatis. Declarantes insuper/ꝙ facto libello: seu producta petitione per actorem: & subsecuta responsione rei cõuenti suscipiant & habere debeant & petere possint dicti patroni causarũ aduocati & procuratores tertiam partem eorum iam dicti salarii. Alia tertia pars eis soluatur usq; ad sententiam exclusiue. Residuũ aũt post sententiam psoluatur. Teneantur insuper aduocati & procuratores prædicti eorum patrociniũ impartiri uiduis & pupillis i paupertate cõstitutis aliisq; pauperibus/miserabilibusq; psonis hospitalibus quoq; pauperib⁹/mendicantibus: & causis publicis cõis phani: & quæ ad ipsum cõe phani spectarent & pertinerent/quotiens opus fuerit & fuerint requisiti ꝑ medietate minus salarii prætaxati bene legaliter & solicite & sine fraude sub pœna decem ducatorũ auri quotiens cõtrafactũ ꝑ eos extiterit in omnib⁹ suprascriptis: & restitutiõis in duplum eius quod dicta occasione susceperint uel habuerint quoquo modo. uidelicet in casu succumbentiæ & condẽnationis expensarum factæ contra prædictas personas uel in casu aliter ipsæ tenerent ad refectionẽ expẽsarũ nõ possit cõtra eos neq; ꝑ procuratorẽ neq; aduocatũ q̃ cõtra eos uel pro eis iteruenerint peti nec exigi/nisi dimidia salarii supra prætaxati: sed si dictæ personæ extiterint uictores/liceat ꝑ eoꝝ aduocatis & ꝓcuratoribus cõtra aduersarios ipsarum ꝑ expensis in quibus cõdẽnati dictos earum aduersarios contigerit uel aliter ad eas tenerent integra salaria exigere: qa priuilegiũ de medietate dicti salarii solũ & dũtaxat præfatis personis priuilegiatis prodesse uolumus. & tale priuilegiũ medietatis uolumus extẽdi etiã ad notarios causarum: ut scilicet solũ medietatẽ mercedis sibi ꝑ statuta taxatæ & ordinatæ ab ipsis psonis priuilegiatis petere possint: & non ultra. Et si actor uel reus spõte soluerint dictis aduocatis & ꝓcuratoribus ultra salaria ꝑdicta

HAYKOBA BIBLIOTEKA MYKOLY MELNYKOVA

incidāt in pœnā quadrupli eius quod plus ſoluerint applicādā cōi Fani de facto/p officiales ad quos ſpectat exigēdā. Et officialis q in huiuſmodi exactione pœnæ negligēs reperiretur pdat de ſuo ſalario lib.xxv.deñ. p cōi prædicto retinēdas. Et quilibet poſſit accuſar & denūciare/& habeat medietatē pœnæ p dictæ. Et aduocatis & pcuratoribus ſupraſcriptis p eorū ſalariis exigēdis fiat ius ſūmariū & ſine figura iudicii. Et ad id ſolueēdū & ſatisfaciēdū partes de facto ſine aliqua ſolēnitate ſoluere copellant: ſola ueritate inſpecta: & appellatione poſtpoſita mulcta idicta plangnoribus captis ēt per perſonalem detentionem quibuſcūq; feriis dūtaxat in honorē dei exceptis nō obſtātibus. Liceat pterea aduocatis & pcuratoribus antedictis ab eorū clientulis forēſibus petere & exigere eorum ſalaria. Videlicet aduocati bonoñ. quattuor p ducato. Et pcuratores bonoñ. duos pro ducato: q̄tacūq; ſit quantitas quæ in iudicio deduceret/nō obſtāte declaratiōe ſupraſcripta/put ipi aduocati & procuratoreſ elegerint. Ac ēt unicuiq; ciui & comitatiuo habēti aduocatū ciuē matriculatū in eorū cauſis licitum ſit in eorum cauſis unum uel plures aduocatos forēſes adiungere/p eo ſalario quod actū fuerit inter eos/dūmodo aduocatum ciuē habeat cū ſalario ſuperius declarato & dicta ſalaria i oibus caſibus prædictis elapſo quinquēnio a die litis finitæ præſcripta eē intelligant & ulterius peti non poſſint.

¶ De imunitatibus & priuilegiis aduocatorū/ſeu iudicum atq; procuratorū notariorū/medicorum/& magiſtrorum Grammaticæ/Rhetoricæ & Logicæ Cap.LII.

QVoniā uirtutibus & ſcientia peritos ac decoratos p quos utilitati publicæ & negociis publicis pertractandis utplurimum ſub uenit / ſingulari prærogatiua conuenit honorari. Et ut honoris & præmii ptextu homines ad ſcientiarum ſtudia & capeſcēdas ſciētias inducant: quæ nō modicis: ſed magnis impendiis ac laboribus acquirit. Statuimus & ordinamus q omnes & ſinguli in dicta ciuitate artem pdictā publice exercētes/ac legū doctores ſeu aliter in iure periti/Iudices & aduocati & aduocationis artem ſeu exercitium in aduocando ſeu cōſulendo exercentes: aut procurādo. Notarii exercētes artem notariæ medici phiſicæ & Cyrogiæ/magiſtri grāmaticæ & Logicæ ciuitatis phani/i dicta ciuitate publice docentes: & q filium ſtudentē in aliquo publico ſtudio in aliqua ſcientia approbata habuerit durante tempore ſtudii: uidelicet patresfamilias cum eorum familiis ad eorū expenſas & cōmune diſpendium atq; uictum in eadem domo cum eiſdē morātibus auctoritate pñtis ſtatuti ſint & eē dbeāt liberi & īmunes ab oib9 & ſingulis an-

gariis & perangariis laboreriis exercitibus caualcatis guardiis ſeu cuſtodiis impreſtantiis & aliis qbuſcūq; muneribus realibus & pſonalib9 ſeu mixtis quæ imponerent p cōe ſeu cōtratas dictæ ciuitatis ſeu p capita/ēt ſi collectæ p hoīnes cōtrataq; ponerent p æſtimo uel p gradus. Excæptis dūtaxat collectis ſeu gradibus quæ & q generaliter īponerent p cōe Fani & eius cōſiliū p æſtima ſeu p æſtimis poſſeſſionū ſingulariū pſonarū Et excæptis oneribus gabellarū & datiorū cōis Fani. Ad quas collectas & grauamina pxime dicta dūtaxat eos ſicut alios ciues ciuitatis uolumus obligari. Et aliter & alio mō ad onera ſubeunda realia ſeu pſonalia ſeu mixta quocūq; noīe cenſeant ſeu nūcupent cōpelli & exigi nō poſſint quoquo mō/ſub pœna.xxv.libr.deñ. cuilibet cōtrafaciēti/cōi Fani applicanda & a cōtrafaciēte auferēda de facto/ēt ſi fuerit officialis cōis Fani nō obſtātib9 aliqb9 aliis ſtatutis ſeu cōſtitutiōib9 ſeu cōſuetudinib9 i cōtrariū faciētib9. Nulluſq; pcurator uel aduocat9 uel notarius q pcuratiōis uel aduocatiōis uel notariatus officiū exerceret i dicta ciuitate Fani audeat uel pſumat nec poſſit eē fideiuſſor/neq; fideiubere uel ſe obligare p aliquo ſub quouis colore quæſito/in aliqua cā ciuili uel criminali penes cōe Fani ſeu aliā priuatā pſonā/ſub pœna .x. florenorū auri cuilibet cōtrafaciēti uice qualibet īminēte a cōtrafaciēte auferenda de facto & applicāda cōi Fani in reparatiōe ſplagiæ ſeu littoris marini. Et nihilominus dicta fideiuſſio ſeu obligatio facta cōtra formā pñtis ſtatuti non teneat ipſo iure. Et huic ſtatuto renūciari nō poſſit. & renunciatio facta nō ualeat ipſo iure. Niſi talis aduocatus uel pcurator uel notarius intercederet ſeu ſe obligaret p aliquo ſeu aliqbus ex eius linea deſcēdētib9 uel aſcēdētib9: uel p fratre carnali/quo caſu ſeu caſib9 eidem pcuratori uel aduocato uel notario liceat & poſſit īpune ſe obligar & intercedere.

¶ De modo & forma & ordine librorū mercatorū. Cap.LIII.

STatuimus & ordinamus/q Mercatores ciuitatis phani hñtes & tenētes libros mercātiarū teneant & debeāt ipſos tenere bñ & ordinate deſcriptos & ititulatos & affoliatos & bullatos bulla cōis i ſingulis chartis & i pricipio ipſorū debeāt ſcribere titulū & ititulationē dicti libri: pquā appareat titulus libri: & numer9 chartarū. & ad qd liber ipſe teneat. Ac etiā teneant & debeāt i eiſdē libris rōnes & poſtas quorūcūq; ſepatim & de pſe ſub cōgruis milleſimo mēſib9 & dieb9 ordinate & ſucceſſiue ſcribere ſine aliq̄ raſura ſeu cācellatura ſuſpecta: & quotiēs i eis aliqd cācellare cōtigerit/teneant & debeāt atteſtari iuxta dictā cācellaturā cām cācellatiōis ipſius/& aliter & alio mō fides nō det libris mercatorū.

¶Quod libris mercatorꝫ det̃ fides usq; ad certã q̃titatẽ. Cap.LIIII.

QVoniã mercãdi & negociãdi frequẽs usus est & utilitas & mercatores sæpe cõtigat & necesse hẽant p eorꝫ mercãtiis expediẽdis cr̃dẽtias facer̃ minutatim: quas ẽt emẽtib⁹ utile ẽ hr̃e: cũ nõ semp p manib⁹ ẽptores pecunias habeãt. Et iterdũ hora seu tp̃s nõ patit̃/ut i oib⁹ q̃ minutatim ad credẽtiã dant̃ adhiberi possint testes: ne qd in cõe utile ẽ/ad particulare mercatorꝫ dispẽdiũ uergat. Statuim⁹ & ordiamus q̃ mercatorib⁹ ciuitatis Fani i & p credẽtiis p eos fcis exigẽdis fiat & fieri debeat ius sũmarũ sine strepitu & figura iudicii: ac de plano: sola facti ueritate ispecta: Et ad illas psoluẽdas dbitores eorꝫ cõpellant̃ pignorib⁹ captis & mulcta idcã: & ubi pignora hr̃i nõ poterũt: p psonalẽ ẽt detentionẽ si opus fuerit. Et credat̃ & credi debeat de credẽtiis p eos factis cõcernẽtib⁹ eorꝫ mercãtiã dũtaxat libris mercatorꝫ ciuitatis fani mãu ipoꝫ scriptis bñ ititulatis & ordiatis oi suspitiõe carẽtib⁹ eorꝫ q artẽ & mercãtiã publice exercuerit i ciuitate Fani & i eorꝫ arte & mercãtia fuerit bonæ opinionis & famæ & uitæ. Et q i nulla fuerit prauitate uitæ dẽp hẽsi seu publice diffamati dũtaxat usq; ad q̃titatẽ qnq; lib. deñ. cũ eorꝫ sacrãmto pstãdo i totũ oib⁹ partitis & postis simul cõputatis. Abide uero supra eorũ libris credat̃ cũ duob⁹ testib⁹ dũtaxat. Et dicti eorũ libri & postæ i eis descriptæ quo ad q̃titates p̃dcãs i eis descriptas & cõtra debitores i p̃dcis descriptos & eorꝫ hæredes executiõi mãdent̃: ac si forẽt istr̃a publica ad uolũtatẽ mercatorꝫ secũdũ formã statuti positi sub rubrica de executiõe publici istr̃i. Et p̃dcã locũ hẽant i mercatorib⁹ q i cõi Fani satisdatiões p̃ stiterit de eorꝫ arte & ministerio bñ & legaliter exercendo secũdũ formã statutorꝫ cõis Fani: quas fideiussiões dar̃ teneant̃ i cõi singulis ãnis d mẽse ianuarii. Et qlibet mercator & artifex q i fraude aliqua deꝑhẽsus fuerit i p̃dcis eorꝫ libris priuet̃ & priuat⁹ itelligat̃ arte p̃dcã. & eorꝫ scripturis & libris nulla ppetuo fides det̃/& a iur̃ sui crediti cadat ipso iur̃: & i cõi Fani cõdẽnet̃ i cẽtũ libris deñ. Et iter cæteras fraudes cõnũeret̃: Si qd ex cã dci debiti i libro descripti creditori p debitorẽ datũ fuerit qd i dcõ lib. minime descriptũ repiat̃. Mercatores aũt cẽ itelligant̃ i p̃dcis dũtaxat infrascripti: uidelicet tenẽtes fũdicũ pãnorꝫ/merciũ q uulgari sermõe merciarii nũcupant̃. Itẽ aromatarii Itẽ tenẽtes fũdicũ & appotecã lignaminũ ferri/coriorꝫ & cæræ: & si contigerit pricipalẽ mercatorẽ q scripsit libros & hẽt p̃stare sacrãmtũ ut supra/p̃mori añ exactionẽ credẽtiarꝫ nolumus eorꝫ hæredes admitti ad dictũ sacramẽtũ & exactionem nisi pri⁹ fuerint ad illud habilitati per consiliũ speciale ciuitatis phani.

¶De his qui bonis cedere uolunt. Cap.LV.

STatuim⁹ & ordinam⁹ q̃ nulli liceat bonis cedẽr̃/nisi hoc modo

q̃ coadunato cõsilio gñali more solito uoce p̃conia/ueniat debitor p̃sonaliter/& recte stãdo dicat i eo cõsilio corã ptãte & cæteris cõsiliariis publice trib⁹ uicib⁹ alta uoce. quia negocia mea male pegi: Itaq; creditoribus meis soluer̃ nequeo ullo mõ: Ego uolo cedere bonis meis. Et uolo q̃ hoc iposterũ sciat̃ a cõsilio & ciuib⁹. Et qlibet cedere uolẽs p̃stare debeat corporale sacramẽtũ siue iuramẽtũ de manifestãdo oia sua bõa mobilia & ĩmobilia/quæ habuerit ipe uel ali⁹ p eo. Et ipa manifestare teneatur & debeat: quo iuramto p̃stito: si ea nõ manifestauerit/& aliqd d bonis suis repiret̃ liceat creditorib⁹ uel creditori suo p̃dcã bõa accipe p suo debito. Et si aliqd supauerit illud cõi applicet̃. Et dcũs debitor nihil alicui creditori cessiõe fcã de suis debitis soluer̃ teneat̃. Nisi dcũs cedens ad pinguiorẽ fortunã puenerit: quo casu teneat̃ suis creditorib⁹ rũdere. & ipsa cessiõe fcã nõ possit cedẽs aliquo tpe ad aliqd officiũ: eligi: & ipo facto careat oi bũficio officio & honor̃: & nõ itelligat̃ cessio fcã nisi eã fecerit i platea magna/i petrono cõis cũ pãnis leuatis publice sono tubæ p̃missio: ipsum petronũ ter nudis natib⁹ pcutiẽdo. De bonis cui⁹ publicũ cõficiat̃ iuẽtariũ. & curator bonis ei⁹ det̃/ad hoc ut distributio facilius de bonis suis iter creditores hẽat̃ & suo credito nõ fraudet̃. Et ptãs seu ei⁹ uicari⁹ ad petitionẽ cedẽr̃ uolẽtis uel alteri⁹ p eo teneat̃ & debeat ipi detẽto cedẽr̃ uolẽti/facultatẽ cõcedere accedẽdi i cõsiliũ generale ad dicẽdũ p̃dcã: & cessiõe ut supra fcã eũdẽ relaxare p̃priæ libertati. Et cessio aliter fcã q̃ supra dictũ ẽ nõ ualeat ipo iur̃. nec ipa cessio bonorꝫ fieri possit p debitorẽ actu fugitiuũ: uel pp fugã captũ. Nec p debitorẽ ex cã maleficii. nec p forẽsem cõtra ciuẽ/& itelligat̃ ciuis q̃tũ ad hoc q ẽ originarius uel aliter fuerit ciuis Fani: & habitauerit i ciuitate uel comitatu Fani saltẽ p decẽniũ cũ familia & bonis suis. Nec possit fieri cessio bonorũ nisi in casibus a iure ciuili permissis.

¶Quod nullus cõtra rectores uel officiales Fani opponat illos nõ fuisse officiales. Cap. LVI.

PRæsenti cõstitutiõe uolum⁹ & firmam⁹/q̃ nulla p̃sona audeat uel p̃sumat excipe opponere uel allegare aliquo mõ uel igenio p̃ textu alicui⁹ sentẽtiæ cõdẽnatiõis factæ uel iposterũ fiẽdæ/quacũq; d cã uel quocũq; cõtractu & pcessu/q̃ ille q talẽ cõtractũ/uel sentẽtiã ptulerit/uel ẽt fecerit i futurũ uel sub quo pcessũ fuerit. Nõ sit neq; fuerit ptãs uel uicari⁹: siue rector ciuitatis Fani/seu iudex uel officialis q̃cũq; de cã: nisi i casib⁹ a iure uel statuto pmissis: uel nisi rõne excõicationis/uel alterius pcessus fcĩ cõtra dictã ciuitatẽ Fani Vel rectorẽ ipsi⁹ ciuitatis p ecclesiã Romanã uel ei⁹ officiales uel q̃cũq; p̃sonã ecclesiasticã auctoritatẽ hũtẽ. Et si opposuerit sic excipiẽdo uel aliter ut p̃mittit̃ dixerit:

HAYKOBA BIBLIOTEKA
OHYHEBI / LVIVEVIKOBA

ꝓposita excæpta uel allegata nõ admittant. Sed ipso iure sint nulla/nul liusq; ualoris uel momẽti. Et isup pœna.x.lib.puniat cõi Fani/de facto applicãda: & cũ effectu exigẽda. Et dicti cõtractus & cõdẽnatiões firmæ & ratæ pmaneãt. Nec ꝓpterea possint irritari aliqualiter uel infringi. Et hoc statutũ sit p̃cisũ/& p̃cise debeat obseruari: & trahat ad p̃terita pñtia & futura.

¶ De matricula aduocatorũ procuratorũ & notariorũ. Cap.LVII.

STatuimus & ordinamꝰ q; i cõe Fani de cætero eẽ & fieri debeat liber sup matricula aduocatorũ/ꝓcuratoꝝ/& notarioꝝ dictæ ciuitatis comitatus atq; districtꝰ eiusdẽ. Q ui qdẽ liber matriculæ custodiri debeat & teneri i custodiã p cãcellariũ cõis Fani: In q̃ qdẽ matricula scribi debeãt noĩa oĩum & singuloꝝ/aduocatoꝝ/ꝓcuratoꝝ & notarioꝝ ciuitatis cõitatꝰ & districtꝰ Fani Aduocatiõis ꝓcuræ & notariæ & tabellionatꝰ officiũ & artẽ exercẽtiũ manu cãcellarii cõis Fani: In qua qdẽ matricula seu libro matriculæ nemo describi iter aduocatos ꝓcuratores & notarios dictæ ciuitatis comitatꝰ uel districtꝰ possit/q nõ sit ciuis comitatiꝰ uel districtualis origine ꝓpria paterna seu auita uel q domiciliũ i ciuitate comitatu uel districtu Fani nõ hret: ac æstimũ i cõe fani/& onera & factiões dcõ cõi ꝓ dcõ æstimo nõ subiret. Ac ẽt nemo notariꝰ dcætero describi possit minor.xx.ãnoꝝ & q nõ ãdiuerit notariã ad minus p unũ ãnũ. Ac ẽt nisi primo p Vicariũ ptãtis fani & unũ ex doctoribus legũ ciuitatis fani eligẽdũ p cõsiliũ spẽale cõis p̃dci diligẽter examinet/& p ꝓcõsulẽ collegii aduocatoꝝ ꝓcuratoꝝ & notariorũ de oibꝰ supradcis specialiter i arte notariæ & tabellionatus i materia contractuũ & ultimarũ uolũtatũ in duabꝰ seu tribꝰ formis cõtractuũ & ultimaꝝ uolũtatũ tã i uulgarizãdo q̃ etiã i legẽdo seu notãdo litteraliter. Q ua qdẽ examinatiõe fcã & examinato repto idoneo nullũ ex p̃dcis & supradcis patiẽte defectũ relatiõe facta p dictos examinatores dño ptãti & cõsilio ciuitatis fani. De qua qdẽ relatiõe cõstare debeat ꝓ publicũ istrm manu alteriusꝓ publici notarii: seu manu cãcellarii cõis fani mãdato & de cõsciẽtia p̃dcõrũ dñoꝝ ptãtis & cõsilii i matricula p̃dcã p cancellariũ cõis fani scribi debeat. Et teneat & debeat qlibet uolẽs matriculari tpe itroitꝰ sui iurare ad sacra dei euãgelia manu tactis scripturis se fore ciuẽ cõmitatiuũ seu districtualẽ ciuitatis fani originariũ origĩe ꝓpria paterna seu auita: seu domiciliũ i ciuitate fani p qnquẽniũ habuisse: & æstimũ i dcã ciuitate hre. Ac ẽt ꝓmittere de bene & legaliter exercẽdo artẽ p̃dictã aduocatiõis ꝓcuratiõis & notariatus: Et de obseruãdo statuta cõis Fani d aduocatis & ꝓcuratoribꝰ & de tabellionibus & tabellionatus arte & ministerio loquẽtibus. Et q; ꝓpetuo fidelis & ꝓpitiꝰ erit cõi fani. Et nihil unquã faciet uerbo seu opere uel cõsilio quod cedere possit seu eẽ ad dãnũ uel detrimentũ enorme Seu in subuersionẽ status pacifici dicti cõis sanctæ Romanæ ecclesiæ & dicti cõis. Q uodq; si qd sciet fieri uel tractari ĩ p̃iudiciũ & dãnũ sacrosãctæ.Ro.ecclesiæ atq; cõis dictæ ciuitatis: Illud q̃ cito cõmode poterit pãdet. Q uodq; ẽt de cætero ipse notarius nõ faciet: neq; scribet: neq; se rogari pmittet de aliquo istrumẽto seu contractu fictitio seu fraudulẽto: & quod cederet ad fraudẽ tertii: uel ad fraudẽ & dãnũ cõis fani: & cõsilii seu dominii dictæ ciuitatis: seu alterius singularis psonæ: seu uniuersitatis: sub pœna periurii: & aliis pœnis cõtentis in statutis cõis fani. Et aliter & alio modo nullus ad dictã matriculã aduocatoꝝ ꝓcuratoꝝ & notarioꝝ admittat seu recipiat: neq; iter aduocatos ꝓcuratores & notarios matriculatos describat quoquo mõ. Et si descriptus fuerit: seu recæptus cõtra seu p̃ter formã pñtis statuti ꝓ nõ recæpto habeat: & recæptio & admissio seu matriculatio nõ ualeat ipso iure: & nullius sit effectus. Et nihilominus qui cõtrafecerit puniat pœna.xxv. libr.deñ. Et plus & minus arbitrio dñi ptãtis: Considerata qualitate facti & conditione personarum. Nullusq; notarius qui non sit matriculatus in matricula prædicta possit seu audeat in ciuitate comitatu seu districtu phani: inter ciues dictæ ciuitatis: seu etiam forenses: seu inter forẽsem & ciuem in dicta ciuitate comitatu uel districtu contrahentes conficere publica instrumẽta uel scripturas: neq; ad aliquod officium tabellionatus in dicta ciuitate comitatu uel districtu admitti possit: & admissio si fieret non ualeat ipso iure. Et similiter nullus possit seu audeat aduocare uel procurare in dicta ciuitate comitatu uel districtu qui i dicta matricula descriptus non fuerit. Et eorũ gesta seu instrumẽta: uel scripturæ confectæ & aduocationes uel procuræ factæ contra & p̃ter formã pñtis statuti nõ opitulent in aliquo utentibꝰ & ꝓducẽtibus & nõ ualeãt ipo iure. Et nihilominus cõtrafaciẽtes puniant pœna.xxv.libr.deñ. Et plus & minus arbitrio dñi potestatis: cõsiderata qualitate facti & psonaꝝ cõditione. Præterea nullus qui non sit doctor iuris ciuilis uel canonici uel licentiatus uel iurisperitus q nõ studuerit in iure ciuili uel canonico tẽpore a iure p̃fixo & ordinato possit in dicta matricula ꝓ aduocato describi & officiũ aduocatiõis exercere i dicta ciuitate & eius districtu. Nullus ẽt possit i dcã matricula ꝓ aduocato ꝓcuratore & notario describi & officiũ ꝓcuratiõis aduocatiõis & notariatꝰ exercere: nisi prio fuerit a dcis Vicario doctore & ꝓcõsule examinatꝰ & ꝓ idoneo & sufficiẽti cõprobatꝰ. Isup teneant & debeãt dscripti i dcã matricula eligere unũ aduocatũ ex eis q uocet ꝓcõsul siue prior d semestri i semestri q possit q̃cũq;

HAYKOBA BIBLIOTEKA
OHYMEH ЛИТЕРАТУРА

ſibi uidebitur expedire conuocare in dicta matricula deſcriptos: & de aduocatorꝫ ꝓcuratorꝫ & notariorꝫ collegio exiſtētes uel aliquem ex eis. Et eos & eorū quēlibet inobediētē cū opus fuerit mulctare uſq; ad q̄tita tē.xx.ſolidorꝫ & ī dcō collegio poſſint ꝓponi tractari & diſponi oia & q̄cūq; ei uidebunt utilia & opportuna ꝓ utilitate & honore dicti collegii & quæcūq; diſpoſita & reformata ī dcō collegio obſeruent ꝓ quoſcūq;. Et officiales requiſiti a dcō ꝓcōſule ſiue priore teneant & debeāt ei ꝑſta re ī ꝑdcis auxiliū cōſiliū & fauorē. Ciues aūt noui q ueniūt ad habitādū ī ciuitate Fani hūtes æſtimū ī cōi.xx.libr.den.ſeu ꝑſtātes fideiuſſores de ducētis qnquagīta libris den.de arte aduocatiōis uel ꝓcuræ ſeu notariæ & tabellionatus bene fideliter & legaliter ſecundum formam iuris & ſtatutorū cōis Fani exercēdo & obſeruādo: & de dimittēdo rogita & ꝓthocolla iporū ī ciuitate fani ſi eos de ciuitate comitatu uel diſtrictu eiꝰ recedere cōtigerit/recipiant & admittātur ad aduocādū uel ꝓcurādum uel ad cōſcribēdū publica iſtrumēta ac publicas ſcripturas & acta & ad quaſcūq; rogatiōes publicorū iſtrorꝫ ſeu publicarꝫ ſcripturarꝫ ſeu actorꝫ & poſſint & ualeāt ꝑdcī ciueſ noui & notarii cōficer publica iſtra ſeu ſcripturas publicas: & quæcūq; acta publica & rogati eē de qbuscunq; iſtris ſcripturis & actis dū tū licitis & honeſtis ī ciuitate Fani comitatu uel diſtrictu eiuſdē: Ita tū q̄ ī matriculatiōe ſeu ꝛcæptiōe ſupradictorꝫ nouorꝫ ciuiū aduocatiōis uel ꝓcuratiōis ſeu notariæ pitorꝫ & examinatiōis ipſorꝫ debeāt obſeruari ea quæ ſupiꝰ dicta ſunt de aduocatis ꝓcuratoribꝰ & notariis ciuibꝰ & domiciliū hūtibꝰ ī matricula deſcribēdis mō & ordine ſupradictis. Insup ut ī publicis negociis notarii ciuitatis & comitatus Fani matriculati exerceant: & lucrum ide ꝓueniēs ĩter eos æq̄liter diuidat. Statuimꝰ & ordinamꝰ q̄ oēs notarii matriculati ī publica matricula ciuitatis fani deſcribant & ibuſſulent ī uno buſſulo publico/q; ſeruetur ī capſa ī q̄ ſeruant palluttæ Magnificorꝫ dnorꝫ priorꝫ dictæ ciuitatis: Et quattuor ex dcis notariis ut ſupra ibuſſulatis ſingulis q̄tuor mēſibus ſorte extrahant de dcō buſſulo: q quattuor notarii ſic extracti: intelligātur & ſint ꝓ electis a cōſiliariis electiōariis extractis in cōſilio gn̄ali dictæ ciuitatis ad eligēdū notarios ad ciuilia: Et notarii extracti & electi ut præmittit ſoluer teneant ꝓ dcā electiōe qlibet ſuo electionario ducatū unū auri ꝓ ei electiōe/& nō ultra: anteq̄ ītret ad bācū: & q ſic extracti & electi fuerit teneant & hēant ſtare ad bācū ciuiliū cārū ī prima & ī ſecūda inſtātia: & ēt criminaliū in ſecūda inſtātia dictæ ciuitatis ꝓ mēſes q̄ttuor cōtinuos & nō ultra. Et q quæſiuerit ꝓrogationē dicti temporis quoquomodo uel a conſilio generali uel ab aliquo ſuperiore aut gubernatore/ ipſo iure ſit & habeatur pro caſſo & amoto a matricula & a buſſulo

dictorꝫ notariorꝫ: & nō poſſit ullo tēpore: Nec ī ꝑpetuū ap̄lius ī dicta ciuitate uel diſtrictu aut comitatu Fani artē notariæ exercer: ſed ſit & hēatur ꝓ ifame. Et dcō tpe quattuor mēſiū durāte nullus aliꝰ notariꝰ: neq; ꝓcurator poſſit ſe ītromittere: aut ſcriber lr̄as: acta: & alia ptinētia ad ciuiles cās ſub pœna qnq; ducatorꝫ ipſo fcō applicandorꝫ ꝓ dimidia ipſis notariis ꝓ eorū ītereē: & ꝓ alia dimidia cameræ cōis Fani ꝓ q̄libet uice & q̄libet ſcriptura cōtra ꝑdictā ꝓhibitionē fcā: & dicti notarii ſedētes ad dictū bācū dictis tpibus teneant & debeāt hr̄e & facer baſtardellos de ꝓ ſe & libros extēſorū: & ī baſtardellis debeāt ſūmatim ſcribere oia acta: quæ poſtea ifra duos dies debeāt extēſe ī ſcriptis redigere ī libro extēſorꝫ: & ēt tenere ifilzas & oēs alias ſcripturas affoliatas & numeratas ꝓ abacū/ac ēt publicatas: & ēt facere unū aliū baſtardellū ī quo ſit reptoriū oium actorū ſub pœna duorꝫ ducatorꝫ auri ꝓ quolibet & q̄libet uice q̄ cōtrafactū fuerit applicāda ipſo fcō ꝓ dimidia officiali faciēti executionē: & ꝓ alia dimidia cōi fani. Et dn̄s ptās dictæ ciuitatis/ut ꝑdcā obſeruent efficaciꝰ teneat ſub pœna librarꝫ.xx. de ſuo ſalario retinēda ꝓ quolibet notario/ & q̄libet uice/finito tpe quattuor mēſiū ꝓ qualibet muta notariorū dictos libros/ſcripturas/ifilzas/baſtardellos & acta ſibi pn̄tari facer ifra .x. dies a die finiti officii ꝓ quēlibet notariū: & illa iſpicer & obſeruar: & caſu quo iuenerit dcōs notarios nō obſeruaſſe: ipſos de fcō puniat: & dcās pœnas exigat: alias ī ſuo ſalario cōputent: & nihilominus ꝑdcā obſeruari faciat ꝓ dcōs notarios. Inſup decernimus q̄ donec dcā ibuſſulatio fuerit finita ꝓ extractiōes dictorū notariorū: nullus alius notarius q ītermꝫ cōtingeret matriculari/poſſit aut debeat pōi ī dcō buſſulo: ſed debeat expectare nouā ibuſſulationē. Itē uolumꝰ q̄ qcūq; notarius: q ſorte fuerit extractus ut ſupra: teneat ſtare & ſedere ꝓ ſeipſummet ad bācū & exercer officiū/& nō ꝓ ſubſtitutū: & caſu quo uoluerit aut poſuerit ſubſtitutū ſit: & hēat ꝓ remoto ī ꝑpetuū a matricula dictorꝫ notariorꝫ: & nō poſſit ampliꝰ ī buſſulo poni: aut deſcribi. Et nihilominꝰ acta quæ ſcribi cōtingerēt ꝓ ipm ſubſtitutū nō ualeāt neq; teneāt ipo iur: & taliſ ſic ſcribēs teneat ad ītereē ptis. Itē ſtatuimus q̄ qlibet notarius: q fuerit ſorte extractus ut ſupra: niſi fuerit abſēs a territorio fani: uel ifirmus ifirmitate durabili & īpeditiua arbitrio & iudicio medicorū: uel niſi fuerit de prioribus uel de alio officio dictæ ciuitatiſ īpediēte dictā extractionē: teneat accepta dictā extractionē: & officiū exercer/& ſeder ad bācum ꝓ ſe ut ſupra: Et caſu quo recuſauerit (dictis impedimentis ceſſantibꝰ) laceretur & penitus abſtrahatur de dicto buſſulo: & loco ipſius alius extrahatur: et talis qui recuſauerit ſiue fuerit primo extractus uel ſecundo aut tertio et laceratus fuerit ut ſupra: non ponatur neq; deſcribatur amplius

Nota potis

itelliger debeāt & poſſint totū tenorē & ſeriē toti⁹ denūciatiōis iqſitiōis
ſeu accuſæ: Idest ne ex obſcura uel frequēti lectura rn̄dere debēs ex defe
ctu itelligētiæ i cui⁹ rn̄ſiōe faciēda aliq̃liter capi poſſit. Q uæ qdē iqſi-
tio accuſa uel denūcia legi debeat ipſi reo ad bāchū iuris cōis Fani hora
iuridica tn̄ aptis ianuis palatii & nō clauſis corā trib⁹ teſtib⁹ ciuib⁹ ci
uitatis fani p̃ntib⁹ & audiētib⁹. qua accuſatiōe denūciatiōe ſiue iqſitio
ne lecta Iudex iterroget reū & iterrogare teneat ſi clar ea q̃ ſibi lecta fue-
rūt itellexit. Et eo reſpondente q̃ nō/iterꝫ ſibi eā legi faciat & nō plus.

Vt infra eo. lib. c. xx.

Nota q̃ fideiuſſio debet probari p approbatores loq̃ndo & nō ſi ſing. ſit quotidie
vide ff. L. 3. rub. 91. l. 1. rub. 97.

quō inquiro, accusa ne sim legi debet

Eo uero respōdēte se intellexisse seu ea bis lecta ut p̄mittit respōdere no lente asserēdo se illā nō itellexisse: respōdere teneat tenori dictæ inquisi tionis denunciæ seu accusæ. Et his de quib⁹ per iudicē fuerit interroga tus anteq̄ iudex discedat a bancho & sic iudex præcipiat atq; mandet/cū cōminatiōe q; si nō respōderit anteq̄ a bācho discedat / quo ad id i quo cessauerit respōdere ꝑ cōfesso habebitur/ & cōtra ipsum tāq̄ cōfessū ꝓcedet iuxta formā statutorū/de qua cōminatione & mādato i actis curiæ debeat apparere. Et si respōdere recusauerit reus ipse tali cōminatiōe p̄missa/quo ad oia ea in quibus neglexerit respōdere ꝑ cōfesso habeat. & cōtra ipsum tanquam contra confessum de prædictis procedatur iuxta formam statutorum communis Fani. Et eo casu iudex interloquendo pronūciare debeat eū pro cōfesso haberi quo ad id in quo neglexerit re spondere. Et pro cā & iustificatione suæ ꝓnūciæ iudex ipse in dicta pro nuncia de negligētia seu contumacia prædicta debeat attestari. de qua contumacia seu negligentia in non respondendo & iudicis interlocu tione debeat cōstare per acta notarii. Alias in ea iudicis assertioni nō ste tur: nisi quatenus eius assertio per acta notarii de contumacia & negligē tia nō respōdētis & iterlocutiōe iudicis subsecuta occasione p̄dicta atte stare/cū subscriptione testiū q fuerint pñtes & adhibiti tēpore lecturæ dictæ inquisitiōis accusæ seu denunciæ & adhibiti oib⁹ supradictis/quo rum noīna & p̄noīna & contratas & habitationes eorū ut supra notari⁹ ipse in actis scribere teneatur. ¶ Reo uero respondēte si cōfessus fuerit inquisitionē accusam seu denunciationē in totū uel in ptē/Iudex ipse ꝑ notariū maleficiorum talē respōsionē uel negationem si negauerit cū noibus & p̄noīnibus & loco habitatiōis testiū: adhibitorū respōsioni p̄ dictæ in actis illico anteq̄ discedat a bāco & pñtibus testibus p̄dictis ad hibitis ad responsionē factā in actis scribi facere teneat & non post sub pœna. xxv. lib. deñ. Iudici & decē lib. deñ. notario maleficiorꝫ q i p̄dictis fuerint negligētes seu cōtrauenerit quouis mō: & eo casu quo cōfessus fuerit contra ipsum ꝓcedat tāq̄ cōtra cōfessum. Assignato sibi tamen termino ad eius defessiones faciēdas ut in sequenti casu subiicit. ¶ Si uero negauerit in inquisione denunciatione uel accusa contēta in totū uel in partē scribat eius responsio in actis illico antequā iudex a banco discedat & testibus pñtibus de quib⁹ superius ē expressum/quorū noīa in actis describant ut superius dictū est. Cui respondēti termin⁹ assigne tur decē dierū continuorꝫ ad oēs eius defensiones faciendas. Ac etiā mo neat ꝑ iudicē ut interesse debeat singulis terminis temporib⁹ & actis in cūbentibus faciendis in processu usq; ad sentētiam ferendā iclusiue/ cū

cōminatione q; ꝓcedet per eum ad omnes & singulos actus incūbētes usq; ad sententiā diffinitiuā inclusiue prout iuris fuerit eo ulterius non citato nec monito: de qua qdē monitione/in actis notarii curiæ debeat apparere. Infra quē terminū decē dierū fiant & fieri debeāt ꝓbationes hincīde/& defensiōes fieri icūbētes & necessariæ/tā ad criminis ꝓbatio nē/q̄ ad rei excusationē & defensionē/& ultra terminū p̄ dictū testes ali qui alicuius partis seu ab aliqua pte ad ꝓbationē criminis seu ipsius ex cusationē nō recipiant nec admittant: pœna iudici cōtrafaciēti ꝑ qua libet uice decē libr. deñ. & quicquid ꝑ eū in cōtrariū fieret nō ualeat ipo iure. Q uo termino decē dierū elapso publicet & publicari debeat pro cessus/tā accusatori seu denūciatori seu inqrenti: seu ēt reo cōtra quē ꝓ cederet cū termino quinq; diez ad opponēdū cōtra testes & opposita ꝑ bādū & ꝓbatū habēdū ꝑ omne genus ꝓbationis. Q uo termino elapso det & dari debeat triū diez cōtinuorꝫ terminus ad allegādū. Q uo ela pso infra sex dies ꝓxime futuros debeat ꝓcessus ipse ꝑ sentētiā cōdēna toriā uel absolutoriā terminari. Ita & taliter q; infra tēpora fatalia ordia ta per statuta cōis Fani ꝓcessus ipse reperiat fine debito terminat⁹: Eo tñ addito q; si ꝑ defensionibus seu ꝓbationibus aliqbus faciēdis neces se foret mitti extra ciuitatē comitatū seu districtū Fani/q; eo casu quate nus Iudici uidebit fore iustū expediēs ac necesse det terminus ad illas ꝑ batiōes seu defensiōes faciēdas maior q̄ superior dictū ē arbitrio iudicis inspecta q̄litate facti & distātia locorū & p̄sonarꝫ qualitate. Et ut in p̄di ctis in qb⁹ de sola ueritate agi debet: oīs calūniæ materia excludat: Vo lumus & ordinam⁹ q; in causis p̄dictis criminalibus totiēs quotiēs iudi ci uidebitur det calūniæ sacramētū tā ex eius officio q̄ ad petitionē par tis. Et q̄cūq; illud p̄stare recusauerit quo ad id sup quo denegauerit illud p̄stare habeat ꝑ cōfesso & cōuicto & ab eo super quo p̄stare recusauerit excludat & super eo nullhactenus audiat. ¶ Reo uero nō cōparēte in termino citationis ad se excusandū & legitime expectato ponat in bāno secūdū formā statutorꝫ cōis Fani: In cuius qdē bāni termino si nō cōpa ruerit eo legitime expectato & cōtumace exñte & i cōtumacia pseuerāte quo ad cōtēta i ꝓcessu formato & oia & singula de qb⁹ cōtra eū ꝓcede ret ꝑ cōuicto & cōfesso hēat & tāq̄ cōfessus & cōuictus de crimine cō dēnet & pœna debita puniat secūdū formā statutorꝫ cōis Fani. Possit tū post terminū bāni qñcūq; ante sentētiā diffinitiuā ferēdā i principali iudicio ad se excusandū cōparere/& se corā iudice pñtare & se excusare: & defendere ac si cōtumax nō eēt/dū tñ rōne ei⁹ cōtumaciæ ꝑ executio ne bāni soluat cōi Fani quinq; solid. deñ. de qua solutiōe apparere de

HAYKOВА ИНСТИТУТ ИМЕНИ ГРИГОРИЯ ОХЫ

beat p apodissam manu depositarii dicti cõis ipsi iudici ante q̃ ad excusationem admittat: quæ apodissa in actis curiæ debeat registrari & apodissa prædicta depositarii in infilza per notariũ cõseruari. Si uero in principali iudicio non cõparuerit: sed in appellatiõis cã cõpareret per talẽ cõparitionẽ quæ fieret corã iudice appellatiõis cõparẽs nõ releuet: qn de eius innocẽtia ꝓbare teneat si uoluerit se a pœna criminis eximere & sẽtentiã a qua appellauerit ipugnare. Et ut ubi de maiori periculo agit salubriori remedio prouideat: ordinamus q̃ eo casu quo qs foret cõdẽnatus ad mortẽ uel ad mẽbri abscissionẽ in cotumacia & ꝓpter cõtumaciã ipsius cõdẽnati: & post sentẽtiã infra ãnũ psonaliter cõpareret: uolens de eius innocentia & se nõ fuisse culpabile ꝓbare/quo ad ipsius pœnæ corporalis relaxationẽ dũtaxat audiat & audiri debeat/nõ obstãte sentẽtia cõdẽnatiõe prædicta/& eius debeãt ꝓbatiões admitti quo ad ipsius corporalis pœnæ dimissionẽ dũtaxat. Quo casu ꝓbata eius inocentia super crimine & de crimine de quo extiterit cõdẽnatus relaxet dicta talis cõdẽnatio quo ad prædictã pœnã corporalẽ dũtaxat: ipsa nihilominus sentẽtia & cõdẽnatiõe quo ad alias sui partes & pœnas tã pecuniarias q̃ publicationis oium uel partis bonorũ ipsi cõdẽnati manẽte i sui roboris firmitate. Addẽtes q̃ interim donec fient dictæ ꝓbatiões talis se excusare uolẽs a dicta pœna p se ipsum & nõ p aliũ se debeat excusar & stare detẽtus & in fortia & sub fortia ptãtis Fani/quo in ꝓbatiõe deficiẽte debeat dicta sentẽtia cõtra ipsum executioni mandari. Nec possit dictus talis in probatiõe deficiẽs ulterius appellare: nec super eius inocẽtia audiri quouis modo postq̃ defecerit in probatiõe p̃dicta. Addimus insup q̃ reo se excusante & negante contẽta in accusatiõe denũcia seu inqsitione in totũ uel in partẽ post talẽ responsionẽ factã nulla recipiat cõtra talẽ responsionẽ negatiuã/alia respõsio p quã reus ipse qd primo negasset fateret: nisi in actis de eo quod negatũ eẽt apparerẽt & forẽt indicia sufficientia ad torturã sup qbus disputatũ foret & discussum iuxta formã positorũ sub rubrica In qbus casibus possit quis torqueri. Alias prædcis idiciis nõ apparẽtibus/ois cõfessio quæ fieret post primã negationẽ/auctoritate pñtis statuti p̃sumat extorta p tormẽta & nullius sit efficaciæ: pœna iudici seu ptãti talẽ cõfessionẽ recipiẽti contra formã pñtis statuti cẽtũ lib. deñ. Et notario illã scribẽti qnq̃ginta soli. deñ. ipo iure iminẽte.

¶ De citatiõibus & bãnis faciẽdis in causis criminalib: & de modo & forma citandi & bãniẽdi. Cap. VII.

q Voniã in nõ citatũ iudiciũ effectũ hre nõ potest/ ne defensionis materia reis auferat Statuimus & ordinamus q̃ quilibet accusatus denũciatus seu inqsitus de aliquo crimine uel delicto si fuerit Ciuis seu habitator ciuitatis seu districtus ciuitatis Fani uillarũ & comitatus citari debeat personaliter uel ad domũ eius habitatiõis p plazariũ cõis Fani cũ cedula scripta manu notarii maleficiorũ: i qua cõtineat delictũ cõmissum per delinquentem: & in ea det ei terminus si fuerit in ciuitate duorum dierũ. Et si in uillis & comitatu triũ dierũ. Si uero in districtu magis a lõge q̃tuor dierũ ꝓ prima dilatione & termino ad cõparẽdum & se pñtandũ & excusandũ a processu/ & pro secundo termino uel dilatione detur in cedula antedicta terminus unius diei si fuerit in ciuitate In comitatu uero & uillis: duorũ dierũ: & in districtu magis a lõge triũ dierũ/quã cedulã p̃dictã plazario q̃ debet citare ptãs uel eius notario tradere teneat. Et dictã cedulã dictus plazarius teneat & debeat relaxare & dimittere ad domũ habitatiõis citati seu citãdi. de qua relaxatione & dimissiõe cedulæ prædictæ debeat stari relationi plazarii. Quibus qdẽ terminis ꝓ peẽptoriis habeant: adeo q̃ necesse nõ sit reũ ulterius citari: sed eo nõ cõparẽte ꝓ cõtumace reus ipse habeat: & tanq̃ contumax elapso dicto termino p iudicem contumax declaretur & contra eum tanq̃ contra cõtumacẽ ꝓcẽdẽdũ eẽ & absq̃ alia notificatiõe seu requisitiõe in bãno ponat p p̃conẽ seu tubatorem ciuitatis Fani qui ante portas palatii ciuitatis Fani bãniat qualiter talis nominãdo psonã citatã noine ꝓprio & appellatiuo / quia non cõparuit in termino citationis ad se excusandum a processu formato iuxta tenorẽ requisitionis & citatiõis de ipo factæ cõtumax reputatus est: & pro cõtumace & tanq̃ contumax de ipsius iudicis mandato in bãno ponit de ciuitate comitatu & districtu Fani de pœna eidem ex crimine infligẽda secũdũ formã statutorũ/ pœnam ipsam in p̃conio & bãno publice exprimẽdo: In quod bãnũ incidat & i ciduisse intelligat ifra tres dies Si reus fuerit de ciuitate. Si de comitatu: q̃ uorũ & si de districtu magis a lõge qnq̃ dies: nõ cõparuerit & cõtumaciã suã purgauerit nominãdo i p̃conio añdicto ex parte iudicis maleficiorũ q̃ si infra terminũ bãni nõ cõparuerit pro cõuicto & cõfesso habebit & contra ipsum procedet ut iuris fuerit ad cõdẽnationẽ de ipso faciendã iuxta formã statutorum: reo ipso ulterius nõ citato nec expectato. Si uero reus ipse fuerit aliũde q̃ de ciuitate uillis & comitatu uel districtu Fani talis reus citari debeat p litras dicti iudicis foribus palatii affigendas & affixas tenendas: donec ꝓcessus fuerit terminatus/cõtinẽtes tenorẽ seu effectũ inqsitiõis denũciæ seu accusæ & causam ꝓ qua citat & modũ & formam qb̃ ꝓcedit cõtra eũ & ad cuius petitionẽ. Adeo q̃ citatus ipse certus reddat sup quo citat & se defendere teneat: In qbus litteris det

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

terminus ipsi reo pro prima & secūda dilatiōe arbitrio iudicis statuēdus inspecta loci distātia & qualitate facti & cōditione psonæ/ad cōparēdū: & se excusandū q; si in terminis p̄dictis nō cōparuerit ꝓ cōtumace habebitur & contumax reputabitur & cōtra eū tāq̄ cōtra cōtumacem ꝓcedet̄ eo amplius nō citato. Ac eidē mādare ut se debeat pñtare infra terminū in dictis litteris cōtētū ad se excusandū & defendēdū a ꝓcessu & his de q̄bus in dictis litteris mētio fieret. De quaꝝ qdē lr̄arū pñtatiōe stet̄ & stari debeat relationi nuncii citantis seu litteras illas pñtantis/de qua relatione debeat apparere p acta notarii maleficiorꝝ: & habeat̄ supradicta p̄sentatio lr̄aꝝ & citatio p lr̄as antedictas facta ꝓ uera & legitima citatione: ac si ipsi citato personaliter uel ad eius domum habitationis & i territorio cōis Fani facta foret ad oēs eius effectus. Quo termino citationis elapso ꝓ cōtumace habeatur. Et citatus ipse nō cōparēs p iudicis interlocutoriā in actis describendā cōtumax reputet̄. Et ad bāni dationē ꝓcedat̄ ut infra. De q̄bus qdē citationibus & p̄coniis & edicti affixione relationi nuncii illud affigentis & tubatoris p̄conizantis stari debeat & i actis totū debeat apparere. Si uero reus ipse fuerit uagabūdus nō habēs certū domiciliū seu habitationē: Tūc reus ipe p edictū affigēdū: ut supra & p tubatorē seu p̄conē cōis Fani in locis supradictis p̄conizantē prout superius dictū ē citet̄: in qua citatiōe terminus primus & secūdus ad cōparendū & se excusandū cū cōminatiōe ut superi⁹ dictū ē assignet̄. Post quæ si citatus ipse non cōparuerit ꝓ cōtumace habeat̄ & p iudicis iterlocutoriā declaret̄ de qua i actis notarii debeat apparere. Et teneat̄ & debeat notarius ipse prædictas lr̄as seu edictum & citatiōes prædictas & p̄conia in actis curiæ registrare. Reo uero ptædicto nō cōparēte & cōtumace p iudicē declarato in casib⁹ supradictis: ponat̄ in bāno p iudicē antedictū de pœna quæ ueniet ex crimine imponēda/tenore ꝓcessus inspecto. In quo bāno assignet̄ p ipsum iudicē terminus Iudicis arbitrio statuendus locorū inspecta distantia/ad eius contumaciā expurgādā cū cōminatiōe q; si in termino bāni nō cōparuerit ꝓ cōfesso & cōuicto habebit̄ de crimine & cōtra ipsum de crimine ꝓcedet̄ ad cōdēnationē secūdū formā statutorū/eo ulterius nō expectato: Cuius qdē bāni tenor debeat per lr̄as affigi foribus palatii cōis Fani ibidē pmāsuras durāte termino prædcō & p̄conizari & p tubatorē cōis Fani nūciari ante fores palatii & i plateis cōis Fani ante dictū palatiū. Ac etiā debeat p notariū maleficiorꝝ in actis registrari: ut dictū est: de quarū lr̄aꝝ & bāni affixiōe & p̄conizatione stet̄ relatiōi plazarii affigentis & p̄conis p̄conizantis de q̄bus p acta notarii cōstabit. Quo qdē bāni termino elapso sine alia bā-

bāni p̄ lr̄as affigi debeat foribus palatij

ni prædicti notificatione eidem bānito fienda habeat̄ bānitus ipse non cōparēs ꝓ cōuicto & cōfesso quo ad oia cōtēta in ꝓcessu formato. Et de his cōdēnet̄ secūdū formā iuris & statutorꝝ Fani. Possit tū in casibus p̄dictis bānitus ipse ēt elapso termino bāni quādocūq; ante sniam primā ut in statutis cōis Fani ē expressum cōparere ad se excusandū & defendēdū & eius cōtumaciā expurgādū pinde ac si contumax nō fuisset/ dū tū ꝓ executione dicti bāni soluat anteq̄ audiat̄ depositario cōis Fani qnq; solid. deñ. ut supradictū ē supra i primo casu pñtis statuti: & de ipsius solutiōe appareat ut superius i pñti statuto dictū est.

Quod in criminalib⁹ nulla exceptio habeat ꝓpedire ꝓcessus ꝓgressū.

Cap. VIII.

Ep exceptiones dilatorias peremptorias seu mixtas cuiuscūq; generis criminaliū ꝓcessus ualeat quoquo mō differri seu cognitio criminis ꝓpediri: statuímus & ordinamus q; nulla exceptio cuiuscūq; gñis quæ opponi cōtigerit ad processum & ad criminis i daginē differēdā seu p quā de iure ꝓcessus ipse suspēderet̄ seu suspēdi posset quōlibet uel differri. Illū nō ꝓpediat: sed ea nō obstāte Iudex ipse ad cognoscēdū d meritis crimis ꝓcedat ac si dicta excæptio nō foret opposita: Reseruatis tū excæptiōibus antedictis & earū effectu i processu & meritis criminis examinādis ante diffinitiuā sentētiā. Quæ qdē oēs excæptiōes p̄dictæ ipso iure auctoritate pñtis statuti reseruatæ itelligant̄ tā oppositæ q̄ opponēdæ/examinādæ post quācūq; respōsionē & excusationē factā seu faciēdā: post quā qdē respōsionē possint oēs cuiuscunq; gñis excæptiōes opponi: Eo tū adhibito moderamine i p̄dcis/q; in casibus i qb⁹ torqueri reus pōt secūdū formā statutorꝝ/ anteq̄ deueniat̄ ad torturā ad ipsam excludēdā opponi possint & ꝓbari excæptōes cōcernētes criminis de quo ageret̄ exclusionē siue pœnæ ponēdæ iminentis/& eis oppositis supsedere debeat i tortura donec de ipsis cognitum fuerit. Quas qdē cognitiones ad torturā dilatādā q opposuerit: & nō ꝓbauerit puniat̄ pœna. xl. soli. deñ. ꝓ qualibet excæptiōe nō probata ipso iure iminēte in quolibet casuum p̄dictorū.

De copia accusatiōis denūciatōis seu iqsitiōis ad camerā trāsmittēda

Cap. IX.

Raudib⁹ quæ fieri possent obuiare uolētes. Statuim⁹ & ordinam⁹ q; qlibet accusans seu denūciās teneat̄ & debeat accusationē & denūciā duplicatā eiusdē tenoris manu notariorū matriculatorꝝ ciuitatis Fani scriptā corā iudice exhibere tpe accusatiōis seu denūciatiōis exhibitæ/quarū una p iudicē seu iudicis mādato p unū ex-

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОФ ИМОНЕ-ЛЕ МЕЧНИКОВА

plazariis cõis Fani trãsferat' eo die quo pñtata fuerit ad ratiocinariã cõis Fani pñtãdã Rõcinatori seu Referẽdario dictæ ratiocinariæ & p ipsum ratiocinatorẽ accipiẽdã & ifilzãdã i una speciali ifilza i dcã rõcinaria cũ millesimo & die pñtatiõis eiusdẽ & bñ cõseruãdã cõtinuo i dicto loco. De cui⁹ missiõe & pñtatiõe relatiõi eiusdẽ plazarii pñtãtis stari debeat: d qua i actis dbeat apparẽ manu notarii maleficiorũ: & aliter & alio mõ ꝓcessus fact⁹ sup dcã accusatiõe uel denũcia nõ ualeat nec teneat ipo iure. Et nihilominus iudex ipse q in ꝑdcis fuerit negligẽs seu remissus ipo facto cadat in pœnã.xx.lib.deñ. Notarius uero i.x.lib.deñ.q negligens fuerit in ꝑdictis in eo quod ad ipm spectauerit. & idẽ p oia obseruet' in i qsitõe formata ex officio curiæ. quas qdẽ copias accusationũ denũciationũ seu iqsitionũ q̃ trãsmitti cõtigerit ad rõcinariã añdictã Rõcinator seu referẽdari⁹ ipe teneat' & dẽat ut dictũ ẽ ponẽ i una ifilza adhoc ordiata seu ordinãda tẽpore officii cuiuslibet ptãtis/ordiate/ꝓut ad rõcinar ã trãsmittent' & eius manu a tergo ipsaꝝ scribere diẽ præsentatiõis ut dcm est factæ cũ millesimo & nomine plazarii ꝑsentãtis.

¶ De ꝓcrib⁹ & defensorib⁹ admittẽdis i cãis criminalib⁹. Cap. X.

Statuim⁹ & ordinam⁹ q̃ i criminalib⁹ pœnã pecuniariã seu q̃ titatis uel quotã bonoꝝ uel aliã pœnã citra corporalẽ igerẽtib⁹ ꝓcurator cũ spẽali mandato dũtaxat admitti possit & dẽat. Seu ꝓ absente a ciuitate uel comitatu Fani ex cã legitia de q̃ iudici ãte oia fides fieri dẽat tpe citatiõis d ipo factæ admitti possit & dẽat defẽsor ẽt siñ mãdato. dũ tñ i quolibet casuũ ꝑdcõrũ de pœna soluẽda ꝑstita fuerit fide/iussio idonea secũdũ formã statutorũ cõis Fani. Eo tñ addito q̃ ꝓ reo ꝑsente nemo admittat' ad respondendũ iqsitioni formatæ denũciæ seu accusæ sed reus ipse qui pñs fuerit tpe citatiõis de eo factæ teneat' se pñtar' psonaliter & p se ipsum quisitioni reñdere. alias ꝓ contumace hẽat'. Fcã uero respõsiõe ꝓcror admittat' ad defẽsionẽ ipsi⁹. In his uero crimib⁹ ꝓ qb⁹ pœna corporalis uel capitalis ueniret iponẽda ꝓ absente & nõ cõparente & cõparere ualẽte & nõ cõparẽte nõ admittat' ꝓcurator neq̃ defensor nec qlibet alius quouis alio mõ uel noine. Nec eo casu ad ipsius cõtumaciã excusandã eidem in aliquo prosit cõparitio defensiõis uel alterius ut supra. Ad causas aut absentiæ seu ipedimenti ipsius citati probãdas nemo admittat' i aliquo casuũ ꝑdictoꝝ sine mãdato nisi foret de psonis cõiũctis/quæ alias de iure pñt ꝓ cõiũcto agẽ sine mãdato: & qcqd cõtrafieret nõ ualeat ipso iure. Pro carceratis uero i casib⁹ qbuscunq̃ ꝓcurator admittat' in oib⁹ casib⁹ supradcis ad defensionẽ rei ꝑter q̃ ad tñsionẽ accusæ denũciæ seu inqsitiõis cui dẽat tñdere ipe re⁹ carcerat⁹.

¶ De adultis & filiisfamilias i causis criminalib⁹ admittẽdis. Cap XI.

h Abeãt adulti sui iuris uel in alteri⁹ ptãte exñtes maiores tñ sexdecim annoꝝ in criminalib⁹ causis psonã legitimã stãdi in iudicio. Et oia p eos gesta & facta iuris debitũ sortiant' effectũ ac si sui iuris forẽt uel maiores.xxv.annoꝝ. Et tales adulti in oibus & per oia habeant' & puniant'. pinde ac si essent maiores.xxv.annoꝝ quibuscunq̃ cõtrariis nõ obstãtibus.

¶ De copia accusationũ & excusationũ testiũ & aliorũ actorũ litigantibus de maleficio exhibenda. Capi.XII.

f Tatuim⁹ & ordinamus q̃ litigãtibus de maleficio: si petierint copiã actoꝝ: teneant' ptãs & ei⁹ iudex maleficioꝝ dare seu dari facere accusationũ seu excusationũ inqsitionũ testiũ & actorũ copiã infra tertiã diẽ postq̃ fuerit petita añ excusationẽ uel post quãdocũq̃ ps uoluerit allegare uel allegari facere in cã sua ut cognosci ualeat si iusta cõdẽnatiõis sniã ꝓferat'. pœna.xx.soli. ꝓ q̃libet uice qua fuerit cõtrafactũ soluẽda de facto cãmeræ cõis. de qua copia notari⁹ maleficiorũ nõ possit accipe ultra unũ boñ. cũ dimidio ꝓ q̃libet carta. Et si pl⁹ accæpit icidat i pœnã supradictã ꝓ q̃libet uice q̃ fuerit cõtrafactũ.

¶ De abolitiõe concedẽda in causis criminalibus. Capi.XIII.

q Via nõnulli plerũq̃ ad accusãdũ icõsulte p errorẽ uel iracũdiã ꝓcedũt. Statuim⁹ & ordinam⁹ q̃ accusatore añ ꝓbatões de crimie factas: & crimie nõ ꝓbato uere uel ꝑsũptiue cõpente: & ad sctã dei euãgelia manu tactis scripturis iurãte se p iracũdiã uel errorẽ accusasse seu aliã iustã cãm allegãte: & ea rõe sano duct⁹ cõsilio ab accusatiõe desistẽ uolẽte: quoad euitationẽ pœnæ i qua icurrere posset accusationẽ ipam nõ ꝓbãdo ex forma statutoꝝ cõis Fani. Solutis p eũ prio & añ oia.x.sol.i cõi p appodissã faciendã manu notarii maleficiorũ & sibi notario reportatã subscriptã manu Referẽdarii seu rõcinatoris & depositarii dcõis.q depositari⁹ in sua subscriptiõe fidẽ faciat de solutiõe dictorũ.x.sol.i cõi: petita abolitio cõcedat'. Nõ tñ p hoc iudici itelligat' adẽpta ptãs de d̃ crimie inqrẽdi. si tale fuerit crimẽ de quo alias p inqsitionẽ ex officio cognoscere potuisset. Et ꝑdcã q̃ dcã sũt de abolitiõe cõcedẽda locũ habeãt ꝑterq̃ in crimib⁹ & casib⁹ ifrascriptis uidelicet heresis. læsæ maiestatis. seditiõis. pditiõis seu turbationis stat⁹ ciuitatis Fani & dñoꝝ eiusdẽ ciuitatis. Crimine offensiõis factæ i psonas aliquorũ officialiũ cõis Fani. homicidio sacrilegio. furto. icœstu. raptu mulieꝝ. sodomia. incẽdio doloso. falsæ monetæ. & causæ cuiuslibet falsitatis.

¶ De testibus admittendis in causis criminalibus. XIIII.

q Via ubi maiꝰ ꝑiudiciũ iminet: ibi maior debet adhiberi cautela & ꝓbatio magis fidedigna hr̃i. Statuimus & ordinamꝰ ꝙ i cau sis crimialibꝰ ad ꝓbationẽ crimis ex quo pœna sanguis iponẽda uẽiret mulieres nullhactenꝰ admittãt̃. Sed ad indiciũ dũtaxat recipi possint ẽt ad torturã: dũtr̃ sint honestæ uitæ & bonæ matronæ. In aliis ãt criminibꝰ pœnã pecuniariã igerẽtibꝰ admitti possint mulieres honestæ uitæ & bonæ & suspitiõe carẽtes ẽt ad ꝓbationẽ crimis de quo ꝓcederet̃. Mares ãt ad ꝑdcã admittãt̃ scdm iura cõia & cõpellãt̃ iuiti. eo excepto ꝙ ascẽdẽtes cõtra descẽdẽtes & ecõuerso ẽt usq; i infinitũ & transuersales usq; ad q̃rtũ gradũ dũtaxat g̃du scdm iura ciuilia cõputato ñ cõpellãt̃ iuiti. ẽt si ex crimie pœna pecuniaria uẽiret iponẽda. Et si crimen ꝓbandũ pœnã igereret corpalẽ cõiuncti ẽt trãsuersales usq; ad. x. gradũ nullhactenꝰ cõpellãt̃. Et ꝑdcã q̃ dcã sunt de cõiũctis & cõsanguineis nõ cõpellẽdis iuitis locũ nõ hẽant i crimie læsæ maiestatis diuiæ & hũanæ: & turbatõis pacifici statꝰ ciuitatis Fãi & dñoꝝ eiusdẽ: seu alteriꝰ seditõis turbulẽtæ q̃ fieret i dcã citate. Et crimie hẽsis: seu ꝓprio crimie sacrilegii seu crimie ꝓricidii uel fr̃icidii: qbꝰ casibꝰ ĩdiscrete oĩmõ cõpellãt̃ q̃tũcũ ꝙ cõiũcti extiterit seu eẽnt. Et ẽt nõ obstãte ꝙ crimis ꝓticipes fuerit i aliquo ex crimibꝰ ꝑdcis. Insup in odiũ robbatoꝝ & deꝑdãtiũ seu spoliãtiũ aliquos i suis rebꝰ seu uulnerãtiũ aliquos: seu uiolẽtiã aliquã inferẽtiũ. Volumꝰ ꝙ robbariæ & ꝑdæ & spoliatiões & hmõi uiolẽtiæ: Vulnera & cædes ꝓbari possint p socios & cõsortes iꝑiꝰ iniuriati & illos q cũ eodẽ tũc fuerit. & ꝑdcã uiderit. Q ui tũ deponẽtes spoliati uel ꝑdati uel uulnerati nõ fuerint. Nõ obstãte ꝙ cũ spoliato ꝑdato seu uulnerato tũc tpis in societate simlr̃ fuerit. dũ tũ alias sint idonei & ẽt ñ obstãte ꝙ ex eo qd factũ fuisset eoꝝ cõsorti seu consotio dici possent prædictorum prædicta attentantium quomodolibet inimici.

¶ De probationibus fiendis in causis criminalibus. Cap. XV.

q Via crimia & delicta luce clariores meridiana ꝓbationes exposcũt. Statuimꝰ & ordinamꝰ ꝙ nemo possit neq; dẽat de crimine cõdẽnari nisi cõfessus uel testibꝰ ad minꝰ duobꝰ idoneis & fidedignis: seu aliis legitimis argumẽtis cõuictus. Et si cõtra fiat nõ ualeat ipso iure. Addẽtes ꝙ si de crimine extaret ꝓbatio per unũ testẽ de & sup crimine deponentẽ: seu forẽt alia indicia legitima ad torturam sufficientia de quibus legitime constiterit & super quibus disputatum & ꝓnunciatũ fuerit per iudicẽ ea fore legitia ad torturã i casibꝰ qbus torq̃ reꝰ posset ex forma statutorũ cõis Fani si pñs extaret: citari dẽat ipse reꝰ unica citatõe ꝓsonaliter: uel bina ad domũ hitatiõis suæ seu aliter iu

xta formã statutoꝝ de citatiõibꝰ loquẽtiũ. In q̃ citatiõe ipso citato terminus assignet̃ ifra quẽ ꝓsonaliter debeat cõparere ad purgãdũ indicia cõtra eũ exñtia de crimie: cũ cõminatiõe ꝙ si ifra terminũ nõ cõparuerit ꝑ cõfesso hẽbit̃. & de crimie cõdẽnabit̃: quo termio elapso & ipso reo ad purgãdũ indicia no cõparẽte: citatus iple ꝓ cõfesso habeat̃ & tãq̃ cõfessus de crimie cõdẽnet̃ scdm formã statutorũ cõis Fani. Possit tũ reus iꝑe cõtumax ad purgãdũ indicia q̃ncũq; ante sniam cõparere & se purgatiõi submittere. ꝑinde ac si prio cõtumax nõ fuisset. Insup statuimus & ordinamꝰ ꝙ ꝓbato crimie simplici: q̃litatibꝰ in ꝓcessu deductis non ꝓbatis in totũ uel in ꝑtem. Iudex teneat̃ & debeat reũ de eo qd ꝓbatũ extiterit cõdẽnare iuxta formã statutorũ. Nõ obstãte ꝙ qualitates deductæ: ꝓbatæ nõ fuerint, put in ꝓcessu deducunt̃. Et ꝙ ex eo defectu processus ipse uiciari non possit.

¶ De ꝓbatione famæ & cõsociorũ in criminalibꝰ. rubrica. Ca. XVI.

n E clãdestinitatis obtectu maleficia occultata remaneãt ĩpunita & unde delinquẽtes pœnã merent̃ ꝓbatiõis ueri defectu premiũ cõsequãt̃. Statuimꝰ & ordinamꝰ ꝙ Robbariæ ĩcẽdia homicidia & alia maleficia quæcũq; de nocte & noctis tpe cõmissa possint ꝓbari p publicã uocẽ & famã legitimã ortũ habentẽ ab hõestis & fidedignis psonis & ex legitimis & iustis causis seu indiciis: uel uerisimilitudinibꝰ rõnabilibꝰ & ꝓbabilibꝰ ꝓueniẽtibus & exñtibus i loco & contrata cõmissi maleficii seu delicti. Et dictã famã ꝓbari sufficiat p q̃ttuor testes de dicta fama legitie deponẽtes. Et talis ꝓbatio sufficiat & habeat̃ ꝑ uera & legitia ꝓbatiõe. ac si de dicto maleficio uere & p ueras ꝓbationes cõstaret. & intelligatur nox in ꝑdictis ab occasu solis usq; ad eius ortum de mane.

¶ In quibus casibus possunt delinquentes torqueri. Cap. XVII.

n E passim & absq; delectu indiscreteq; rei torqueri possint: & ab eis criminũ cõfessiões illicite extorqueri. Statuimus & ordinamus ꝙ nulla psona cõtra quã de crimie aliquo ꝓcederet̃ torq̃ri possit & ualeat nisi in casibꝰ & criminibꝰ infrascriptis: & ꝑcedẽtibꝰ legitimis indiciis cõtra eũ & eorũ copia ꝑti data si petita fuerit & sup iꝑis legitie fuerit disputatũ & ꝓnunciatũ indicia fore legitia & sufficientia ad torturã de qua ꝓnuncia in actis cõstare debeat. Alias quod cõtra fieret nõ ualeat ipso iure. A qua quidẽ ꝓnunciatiõe appellari nõ possit & interposita appellatio & quicquid eius uirtute fieret non ualeat ipso iure. Sed possit & debeat iudex ad ulteriora ꝓcedere non obstante appellatione ꝑdicta. Et teneat̃ & debeat iudex maleficioꝝ scribi facere. Et no-

HAYKOBA ЕЛИЗАВЕТА ИВАНОВНА ИМЯНИ Н. МЕЧНИКОВА

tarius maleficiorꝫ in actis ſcribere teneat' oēs & ſingulas torturas & tormentorꝫ qualitates & modos ſub tēporibus & dieb⁹ qbus fierent & pſonarū noīa quæ torturæ interfuerint. Nulluſqꝫ torqueri poſſit niſi i pſentia ptātis eiuſqꝫ uicarii ſeu iudicis notarii uel militis ſocii dicti dñi poteſtatis qui oēs teneant' & debeāt adeſſe torturæ: & de eorꝫ ſeu maioris ptis uolūtate torquēdi torqueri debeāt in caſibus infraſcriptis. De qua uolūtate & determinatiōe notarius maleficiorꝫ in actis atteſtari teneat' & debeat: & etiā niſi in pſentia duorꝫ de magnificis dñis prioribus ciuitatis Fani ꝓ tēpore exiſtētibus quos ptās requrere & uocare teneat' & debeat. Et ꝙ nullus ad tormēta repeti poſſit & de nouo duci ex eodē & ꝓ eodē crimine ex eiſdē indiciis ꝓ qbus primo tortus fuerit niſi ex nouis indiciis ꝓ qbus & quorꝫ occaſione primo tortus nō fuerit. Si tamē indicia noua poſt torturā primā ſupueniētia quorꝫ uigore repeteret' ipſa tortura: de pſe ſola ad torturā primā ſuff ciētia nō foret: nihilomin⁹ ex primis & ſecūdis poſſit tortura repeti. Et ꝙ tertio ad torturam nemo poſſit deduci neqꝫ tortura tertia repeti: niſi ex ꝓbationib⁹ indiciorū de nouo ſupueniētib⁹ quorꝫ notitia primo habita nō fuiſſet: & ipſa indicia de pſe foret ſufficiētia ad torturā: nullis aliis indiciis ꝑcedētibus alias torturas coadiuuātib⁹ ultra quā tertiā torturā nemo q̄uis ratōe uel cā torqueri poſſit ſeu ualeat ꝓ delicto ꝓ quo tortus eēt. de qbus oibus indiciis & ꝓbationib⁹ ſupueniētib⁹ ipſas torturas ꝑcedentib⁹ & ꝑcedere debētibus debeat apparere p acta notarii. Et ꝙ null⁹ q cōfeſſus fuerit i tormētis eius uigore cōfeſſiōis cōdēnari poſſit ſeu ualeat niſi poſt dictā primā cōfeſſionē factā in tormētis ad bāchū iuris publice & corā ptāte & eius iudice ſeu eorū altero ubi alter fuerit impedit⁹: de quo impedimēto ſtetur aſſertiōi alteri⁹ eorꝫ in actis deſcriptæ corā notario & trib⁹ teſtib⁹ ciuibus ciuitatis Fani. Et de die hora cōgrua foribꝫ palatii aptis confeſſus fuerit maleficiū: ſeu id de quo cōtra ipm ꝓceſſum foret. Ad quod banchū iuris dicta de cā adduci nō poſſit neqꝫ dicta confeſſio fieri niſi poſt unū diē itegrū a die factæ torturæ & aliter cōfeſſio fcā nō ualeat ipo iure. Et iudex illā recipiēs & notari⁹ illā ſcribēs cōtra formā pñtis ſtatuti ipo fcō cadāt i pœnā .c. lib. deñ. Et i eādē pœnā icidāt ptās & ei⁹ iudex q poſuerit & poni fecerint aliquē ciuē Fani uel comitatiuū in martorio ſine legitimis indiciis præcedētibus de illo maleficio de quo inculpatus fuerit uel prædictis non obſeruatis. Et iniuriam ſatiſfaciant tormentato prout ipſe tormentatus duxerit eſtimandum. Confeſſio autem facta tormentis ſine legitimis indiciis præcedentibus ipſo iure non ualeat neqꝫ ratificari poſſit. Et poſſit in ꝑdictis ſi iudex negaret reū tortū fuiſſe

probari tortura p unū teſtē de uiſu & etiā p quæcunqꝫ alia indicia & cōiecturas & aſpectū pſonæ ipſius rei. Cōfeſſio inſup quæ fieret etiā ad bāchū poſt tormēta illata præcedētibus indiciis prædictis : reo confitenti in nihilo ꝓſit nec ex eo ſtatutorꝫ beneficia in aliquo opitulent'. Crimina autē ꝓ quibus rei torqueri ualeāt ut ſupius cōtinet' ſunt hæc uidelicet homicidiū cuiuſcunqꝫ ſpeciei ſeu generis. Sacrilegiū : crimē læſæ maieſtatis: ꝓditionis & furti. Et oīa crimina ingerētia pœnā corpalē principaliter uel ſecūdario. Idēqꝫ ſeruet' in omni pcuſſione ſeu uulnere facto cū armis in pſonā alicui⁹ intelligēdo ꝙ appellatiōe armorum ueniāt ēt fuſtes lapides baluttæ plūbeæ uel ferreæ & his ſimilia: idē quoqꝫ ſeruet' in quolibet delicto cuius pœna ſecundū formā ſtatutorū aſcēderet ad libras qnquaginta uel ab inde ſupra: exceptis tū caſibus & pœnis de quibus loquit' ſtatutū poſitū ſub rubrica de pœna inferētis alicui uim cōpulſiuā uel expulſiuā. & idē iuris ſit in ꝑbētibus in prædictis delictis auxilium & fauorem.

¶ De tempore & hora reddendi iura in criminalibus. Capi. XVIII.

PRo faciliori criminū inqſitione & celeriori proceſſuū expeditione ſtatuimus & ordinam⁹ ꝙ iudex maleficiorꝫ ſingulis diebus iuridicis in maleficiis ꝓut in ciuilib⁹ ſemel in die ſedere teneatur & debeat ad banchū iuris cōis Fani de ſero hora cauſarū cōſueta Et ultra expeditionē banchi in ciuilib⁹ ſtare p illud ſpaciū quod ſibi neceſſariū & opportunū eſſe uidebit' pro expeditione ſimiliter faciēda in cauſis criminalibus antedictis.

¶ Q d notarius maleficiorū ſcribat oīa & ſingula acta & ſcripturas in cauſis criminalib⁹ in eorꝫ libris & de copia pti dāda. Capi. XIX.

STatuimus & ordinam⁹ ꝙ notarius maleficiorꝫ uinculo ſacramēti & ſub pœna infraſcripta teneat' & debeat in libris maleficiorū ſcribere ſeriatim & diſtinctim ac per ordinē accuſationes denunciatiōes: inqſitiōes & oīa & ſingula acta occurrētia quæ fierent: & ſcripturas quæ ꝓducerent' ſub cōgruis diebus & horis ſcribēdo unumquēqꝫ ꝓceſſum de pſe & acta & ſcripturas ꝓceſſuū iuxta ꝓceſſum ſuū. Ita ꝙ nulla fiat implicatio ſeu iculcatio ſeu miſtura uel cōfuſio aliq̄ diuerſorꝫ ꝓceſſuū & ſcripturarꝫ uni⁹ ꝓceſſus ad alium teneat' ēt acta q̄ ad banchū fiēt p iudicē ſeu p ptes incōtinenti ſcribere anteq̄ diſcedat a bācho. Scripturas aūt ꝓducēdas ſeu quæ ꝓducerent' eadē die uel ſequenti in actis ſcribere teneatur ſub pœna .xl. ſolido. deñ. uice qualibet & pro quolibet actu & ſcriptura omiſſa & non ſcripta in actis prout ſuperius continetur. Teneatur inſuper notarius maleficiorū tradere copias ſcri-

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА
ОНЛАЙН
ИМЕНИ И. МЕЛЕНИКОВА

pturarũ actorũ & testiũ & attestatiões quibuscũq; petẽtibus ab eo recepta cõpetenti mercede ad rationẽ unius bononeni cũ dimidio ꝓ qualibet carta ut supra dictũ est in statuto sub rubrica de copia accusationũ & excusationũ testiũ & aliorũ actoꝝ litigãtibus de maleficio exhibẽda. De ꝓductionibus autẽ scripturarũ & aliorũ iuriũ nihil recipiat seu recipere possit notarius maleficiorũ sub pena.xx.solidoꝝ denũ.uice qualibet qua fuerit cõtrafactũ. Possit tamẽ notarius maleficiorũ esse rogat⁹ de instrumẽtis procurationũ in criminalibus tm & habeat & hre debeat de rogitu & extẽsione dicti mãdati in actis suis duos bonoñ. Et teneat notari⁹ in processu ꝑdicto dictũ mãdatũ seu mãdata extẽdere seriatim in libro actorũ ac si illud daret ꝑti in forma publica sub pœna ꝑdicta: & oẽs dictos libros infilzas & bastardellos & quascũq; scripturas quos uel quas ipse ptãs: uicarius: socius miles: notarius maleficiorũ & extraordinarius durãte tẽpore officii eorũ: faciẽt & scribent. teneant pœna centũ librarũ ipso facto cõi applicãdarũ ꝓ quolibet libro & qualibet scriptura & qualibet uice & ꝓ qualibet ꝑsona: tribus diebus ante finẽ eorũ officii tradere & cõsignare Referẽdario syndico & cãcellario cõis: quæ post eorũ syndicatũ ponant & seruent ꝑpetuo in Referẽdaria ipsius cõis.

maleficior ꝓ productione ... & scripturar. ... pot recipe

potas

¶ De instãtia & tpib⁹ terminãdorũ ꝓcessuũ in criminalib⁹. Cap. XX.

T criminaliũ ꝓcessus nõ efficiant tractu tẽporis ĩmortales. Statuimus & ordinam⁹ ꝓ ptãs & iudex maleficiorũ teneant & debeãt sub eoꝝ uinculo sacramẽti oẽs ꝓcessus accusationũ denunciationũ seu inqsitionũ criminaliũ qui fierẽt cõtra presentẽ & se defendentẽ terminare infra.xl.dies cõtinuos incohãdos a die excusationis factæ ꝑ reũ. Q ui uero fierẽt in absentia infra.xxx.dies cõtinuos cõputãdos a die ultimæ cõtumaciæ dicti rei. Infra quæ tẽpora teneant ꝑdicti officiales oẽs ꝓcessus criminales terminasse ꝓ sentẽtiã absoluẽdo uel condẽnãdo ꝓut iuris fuerit sub pœna quinquaginta libr̃.denũ uice qualibet qua cõtrafecerint in ꝑdictis ipso iure eisdẽ & cuilibet ipsoꝝ iminẽtibus. Et nihilominꝰ ꝓcessum predictũ expedire teneant post prædicta tẽpora. Q uæ quidẽ tẽpora expediendoꝝ ꝓcessuũ nõ currãt ubi in processu aliquo occurreret fieri reprobationẽ testiũ in aliquo ꝓcessu criminali productoꝝ. Q ua reprobatione durãte nõ currãt tẽpora supradicta in ꝓcessu in quo iminuerit reprobatio antedicta. Nec ẽt currãt successori potestati p.xv.dies numerãdos a die introitus sui officii in ꝓcessibus pendẽtib⁹ corã præcessore. Et qui ꝓ præcessorẽ terminati nõ fuerint seu in fine eius officii pendẽtes remãserint & indeterminati. Q uos processus successor expedire teneat infra tẽpora sua secundũ formã pñtis statuti. Et ne in ptãte sit officialiũ suspẽdere ꝓcessus/citatões faciẽdas differẽdo & dilatãdo teneat & debeat Iudex maleficiorũ die secũda formati ꝓcessus seu accusatiõis porrectæ facere citari reũ ꝓ pria & secũda citatiõe ꝓut supi⁹ cõtinet i statuto de citatiõib⁹ & bãnis faciẽdis i criminalib⁹.

potas

¶ De sentẽtia ferẽda in criminalibus. Cap. XXI.

Voniã postq̃ sunt crimia patefacta celeriter & sine mora: ut locus sit exẽplo: sunt puniẽda: Statuim⁹ & ordinam⁹ ꝓ ptãs cõmunis fani teneat sub eius uinculo sacramẽti oẽs cãs criminales ꝓ sentẽtiã absolutoriã uel cõdẽnatoriã diffinire ĩfra tẽpus & tpa ꝑfixa & ordinata ꝓ statuta cõis Fani sub pœna qnquaginta lib.denũ. ipso facto & iur iminẽte uice q̃libet eidẽ de facto auferẽda tpe syndicatus Sub eadẽ pœna syndicatorib⁹ iminẽte si i exactõe dictæ pœnæ fuerit negligẽtes. Q uas qdẽ snias teneat dare ipse ptãs & proferre in scriptis & eas legi facere uulgari sermone in cõsilio generali cõis fani ꝑmisso sono cãpanæ grossæ dicti cõis quæ pulsari cõsueuit ꝓ sentẽtiis criminalibus proferẽdis & sono tubæ ꝑmisso ante portas palatii dicti cõis & super platea magna dicti cõis ante dictas portas in quo loco ꝑconizari eadẽ die ꝓferendarũ sententiarũ faciat. Q uod uolẽtes audire cõdẽnatiões seu absolutorias ꝓferendas in criminalib⁹ accedere debeãt ad palatiũ: de qua qdẽ ꝑconizatione stet relatiõi ꝑconis in actis descriptæ. Ad quas qdẽ sentẽtias audiẽdas indifferenter oẽs ueniẽtes & audire uolẽtes admittantur nullo inde excluso. Sed ut oĩbus pateat liber accessus fores palatii teneantur apertæ. Et tẽpore lectionis dictaꝝ cõdẽnationum & sentẽtiarũ ferendarum ne aliqua fraus cõmitti possit per notariũ maleficioꝝ semper fiant duo libri seu quaterni in membranis dictaꝝ cõdẽnationũ. Et uocatis per potestatem duobus fratribus ordinis minoꝝ uel ꝑ ei⁹ Vicariũ in præsentia ipsorũ fratrũ legantur & proferant dictæ sentẽtiæ. Q uib⁹ lectis & ꝑmulgatis seu publicatis unus liber dictorũ duoꝝ libroꝝ condẽnationum prædictaꝝ insimul concordantium det ipsis fratrib⁹ quẽ semper custodiant & gubernent fideliter in loco sancti Francisci de Fano: Alter uero liber incontinenti tribuat in cõe more consueto in scrinio cõis penes notariũ deputatũ sup officio cãcellatiõis cõdẽnationum. Et ꝑsentia dictorũ fratrũ non intelligatur nec sit necessaria quãdo ferun tur sententiæ corporales. Teneat & debeat insup ipse potestas in dictis sentẽtiis ꝓferendis quoties cõtigerit quauis rõne pœnã delicti minuere seu augere: cãs minuitiõis & augumẽti inserere & describi facere i sentẽtia antedicta & quãtitates in quibus reos cõdẽnaret certas & determinatas exprimere & scribi facere i sentẽtia proferẽda absq; relatiõe aliqua ad

Notn potas

Notate ... ...

libro condẽnationum dari debeat

Causa minuitionis & augumẽti debet exp. describi Forma

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНЛАЙН ИМЕНИ ЛЕНИНА

ſtatuta:ſeu ad aliquid aliud faciēda.Et nō dicat nec dicere poſſit in dcis cōdēnatiōibus uerba quæ interdū ſolent apponi uidelicet: ꝙ inquātum ꝑdictæ cōdēnationes in plus uel minus eſſet q̄ dictaret forma ſtatutorū illas ad debitā q̄titatē reducimus.Q uæ uerba oīno ꝓhibemus apponi & appoſita nō ualeāt nec operent effectū.Victumq; uictori in expenſis in criminalibus ſemp cōdēnare teneat ipſe poteſtas.Et aliter & alio mō q̄ ſuperius dictū eſt nullam ſententiam proferat ipſe poteſtas ſub pœna centum libr.deñ.

¶Q uod de pœnis non prouiſis a ſtatuto de ſimilibus ad ſimilia ꝓcedatur. Cap.XXII.

q Via oēs caſus lege cōprehendi non poſſunt Statuimus & ordinam⁹ ꝙ ſi delictum aliquod cōmitteret de quo ſeu ex quo ueniret pœna imponēda quæ nō foret ſtatutis pñtib⁹ terminata de ſimilib⁹ ad ſimilia ꝓcedi debeat & ꝓcedere teneat ptās Fani ad pœnæ impoſitionē caſum indetermiatū ad terminatū magis ſimilē & cōuenientē adaptādo inſpecta qualitate facti & pſonaꝝ cōditiōe & aliis circunſtātiis occurrētib⁹ pœnā iponendo quæ i caſu ſimili ꝑ præſentia ſtatuta fuerit determinata.

¶De mitigatiōe pœnaꝝ pp cōfeſſionē pacē & ſolutionē i termino. & de pace faciēda ꝑ cōe Fani in defectū offenſi. Cap.XXIII.

q Via legis latores ac etiā iudicātes potius ad demoliēdū pœnas q̄ exaſperādū ꝑſertim ubi pietas:humilitas uel neceſſitas illud ſuadet decet inclinari :pñti ſtatuto ſancimus ꝙ in oibus caſib⁹ in quibus ex forma ſtatutoꝝ cōis Fani pœna pecuniaria ueniret imponēda in criminalib⁹ tātū cōfitēti delictū in prima rñſione remittat & remitti debeat & ipſo iure intelligat remiſſa auctoritate pñtis ſtatuti quarta pars pœnæ in qua reus ueniret cōdēnandus confeſſiōe nō facta & delicto probato.Hñti uero pacē ab offenſo ſeu offenſo defuncto ab offēſi hæred ib⁹.Hæredes intelligendo deſcēdētes/aſcēdētes/ſeu tranſuerſales/qui defuncto offenſo imediate ſuccederēt:ſeu eis deficiētibus inſtitutos hæredes extraneos ſeu ēt a cōi Fani/deficiētibus offenſo & ei⁹ hæredibus ſupradictis.Remittat & remitti debeat ac remiſſa intelligat q̄rta pars pœnæ in qua ueniret cōdēnandus pace nō habita & cōfeſſiōe nō facta.Q uæ pax ꝓſit hñti quo ad pœnæ minorationē quādocūq; illam habuerit ante ſentētiā & cōdēnationē faciēdā & illā ꝓduxerit corā iudice ante ſentētiā antedictā/de cuius ꝓductiōe debeat i actis curiæ apparere: Si uero offenſus nō extiterit:neq; ex eo ſucceſſor uel hæres:ſeu forenſis fuerit nō ícola neq; habitator ciuitatis comitat⁹ & diſtrictus Fani uel

uagabūdus/quo ad prædcā ſufficiat hñc pacē a cōe Fani.Videlicet a ſyndico dicti cōis de cōſenſu auctoritate & uolūtate ac licētia cōſilii ſpēalis dictæ ciuitatis qñ dictū cōſiliū uigeret/& qñ nō uigeret cū deliberatiōe & licētia cōſilii gñalis dictæ ciuitatis. ¶Soluēti uero ante cōdēnationē uel poſt cōdēnationē de ipo factā infra.xv.dies a die cōdēnatiōis de ipo factæ numerādos : remittat quarta pars pœnæ ꝑdictæ:& remiſſa intelligat auctoritate pñtis ſtatuti :quod qdē beneficiū ſolutiōis ifra .xv. dies poſt latā cōdēnationē poteſtas & eius uicarius i cōdēnatiōe facienda reſeruat teneat :Si uero reus cōfeſſus fuerit delictū & pacē habuerit & añ cōdēnationē uel poſt ifra dictū terminū ſoluerit remittant eidē & remiſſæ itelligant partes cōdēnatiōis ſeu pœnæ de qb⁹ ſuperius ē exp̄ſſum.uidelicet quarta pars ꝓ quolibet dictoꝝ beneficioꝝ de tota cōdēnatiōe ꝑdicta Ita ꝙ tali caſu ſola quarta pars toti⁹ pœnæ ſoluat ꝑ ipſū cōdēnatū. Si uero cōfeſſus fuerit & pacē dūtaxat habuerit remittat & remiſſa itelligat medietas totius dictæ cōdēnatiōis ut ſupius ē exp̄ſſum rōne unius cuiuſq; beneficii.Si uero delictū negauerit & pacē dūtaxat habuerit & ifra dictū terminū cōdēnationē ſoluerit partes ſupradictæ pœnæ uidelicet medietas toti⁹ cōdēnatiōis remittant & remiſſæ itelligant. Si uero pacē nō habuerit & delictū cōfeſſus fuerit & ifra terminū ꝑdictū ſoluerit remittat ſimlr medietas cōdēnatōis ꝑdictæ.uidelicet ꝓ cōfeſſiōe q̄rta ꝑs & ꝓ ſolutiōe ifra terminū fcā alia q̄rta parſ toti⁹ cōdēnatiōis añdictæ.

¶De augumētatiōe pœnaꝝ ex certis cāis. Cap.XXIIII.

d Iligētibus oculis caute circūſpectiōis iura ꝓuida pēſauerūt pſonas loca & tpa & circūſtātias alias delicta reddētia grauiora:ut ſicut nec duri⁹ oportet ſtatui.Ita nec remiſſius i grauiter delinquētes ſtatuat.Statuim⁹ itaq; ac ordinam⁹ ꝙ pœnæ delictoꝝ ꝑfixæ ꝑ ſtatuta cōis Fani iponēdæ/i caſib⁹ ifraſcriptis debeāt duplicari & delinquētes ipſi in duplo i quo alias cōdēnarent debeāt cōdēnari.Videlicet ſi qs delictū aliqd cōmiſerit cōtra officiales publicos ciuitatis Fāi & cōtra alquē ex Magnificis dñis priorib⁹ ꝑfatæ ciuitatis uel eoꝝ & cuiuſlibet eoꝝ familiares durātib⁹ eoꝝ officiis uel eoꝝ duráte ſyndicatu/& in pſoná aliquoꝝ ciuiū de nūero cōſilii ſpālis dictæ ciuitatis eoꝝ durāte conſulatus officio.Et cōtra familiares ꝑfatorū Magnificorū dñoꝝ nr̄oꝝ ad eoꝝ dominoꝝ ſeruitia exñtes ſalariaq; & expēſis ꝑfatoꝝ dñoꝝ. & cōtra cuſtodes portarū ciuitatis ꝑdictæ.Et cōtra nūcios baiulos ſeu plazarios & ꝑcones cōis Fani.Ipſius cōis Fani officialib⁹ nūciis baiulis ſeu plazariis & ꝑconib⁹ dicti cōis dūtaxat eoꝝ officia exercētib⁹.Et ſi carcerati i carcerib⁹ cōis Fani cōtra cuſtodes ipſoꝝ carcerū deliquerint. Si qs etiā deliquerit

ſeu delictũ cõmiſerit ĩ eccleſia oratorio ſeu aliquo loco ſacro ad cultum diuinũ ſeu piũ uſum deputato: ſeu etiã in cimiterio alicuius eccleſiæ. Et ſi qs ẽt aliquẽ pcuſſerit in domo ppriæ habitatiõis offenſi ſeu cõis offẽſi ipſius & offendẽtis & alterius in qua offenſus ipſe p ſe ſeu cũ alio habitaret ſeu in pdio offenſi uel cõi ut ſupra de domo dictũ ẽ. Et ſi qs etiam aliquẽ pcuſſerit ĩ palatio cõis Fani & ſub porticu uel aliqua pte ipſi⁹ palatii ſeu in aliquo alio loco ĩ quo p dictos officiales ius redderet'. Seu ĩ p ſentia & cõſpectu dñi ptãtis & eius Vicarii: ſeu ẽt in platea magna cõis fani ſeu ẽt in portis uel ſub portis uel iuxta portas ciuitatis Fani p uná cãnam. xii. pedũ ſeu in aliquo loco ubi fierent nũdinæ & mercata p tẽpora ordinata & ordinãda p pfatos Magnificos dños & cõitatẽ Fani. Si qs ẽt aliquẽ percuſſerit de nocte: noctẽ intelligẽdo a tertio ſono cãpanæ: q̃ pulſat' de ſero ad batocchos uſq; ad ſonũ cãpanæ diei quæ pulſat' de mane ad batochos. In comitatu uero & uillis Fani intelligat' ad pdcã nox ab occaſu ſolis uſq; ad mane ad eius ortũ. Et in qbuſcũq; ẽt delinquẽtibus & maleficia prædcã cõmittẽtibus in feſtiuitatibus dñi nr̃i ieſu chriſti paſcatis reſurrectiõis. Sanctæ Mariæ de mẽſe Auguſti & ſancti Paterniani menſis Iulii ſemp pœnæ ut dictũ eſt duplicent'. Addẽtes q̃ duplicata ſemel pœna amplius duplicari nõ poſſit.

quo intelligatur de. S. L. eodẽ cap. 16.

ita pœna duplicari nõ po

¶ De pœna offendẽtiũ ſubditos cõis Fani. Extra comitatũ ſeu diſtrictũ Fani. Cap. XXV.

Q Voniã cuiuſq; reipublicæ obſequiũ ẽ ſubditos ſuos ubiq; ppoſſe tueri. Statuim⁹ & firmiter ordinam⁹ q̃ ſi qua pſona cuiuſcũq; cõditiõis exiſtat terrigena uel forẽſis deliquerit ĩ pſonã alicuius ciuis uillici comitatiui uel diſtrictualis ciuitatis Fani origiarii ſeu ẽt incolatũ & domiciliũ ſortiẽtis in aliqbus locis ſituatiſ extra ciuitatẽ comitatũ ſeu diſtrictũ Fani/eos occidẽdo/pcutiẽdo ſeu uulnerãdo pdãdo derobando/dãnũ dãdo ſeu uiolẽtiã aliqualẽ in eoꝝ pſona uel reb⁹ cõmittẽdo nõ poſſit nec ualeat nec p̃ſumat uẽire ſeu quouis mõ accedere/ Nec eius bona uel iura mittere ad Ciuitatẽ comitatũ uel diſtrictũ Fani: niſi primo & ante oĩa ſoluerit pœnã quæ p ſimili delicto/dãno dato uel iniuria illata ĩ ciuitate uel diſtrictu Fani p ſtatuta foret ĩpoſita: & ſatiſfecerit dãnũ illatũ dãnũ paſſo. Q uod ſi cõtra pdcã & formã præſentis ſtatuti uenerit uel eius bona uel iura miſerit in dictã ciuitatẽ uel diſtrictũ/ ipſo iure cadat in pœnã eãdẽ in qua cõdẽnãdus ueniret pro delicto ſi in ciuitate comitatu uel diſtrictu pdictis deliquiſſet /& eo caſu a quocunq; capi poſſit & in fortiã cõis Fani deduci. De cui⁹ fortia nõ exeat/nec exire poſſit: & eius bona areſtari & detineri poſſint: niſi dictã pœnã ſoluat:

& punitionẽ recipiat delictorũ & dãnũ emẽdet. Et ptãs Fani ad petitionẽ/& querelã offenſi/ſi extaret/ſeu eius hæredũ: cõtra pdictũ talẽ offendẽtẽ pcedere & ipſum ĩ bãno dictæ ciuitatis ponere teneat' & debeat in ipſo bãno pœnã ipſi offendẽti ĩponẽdo quæ p ſtatuta cõis Fani ĩ ſimilibus caſib⁹ & delictis in ciuitate comitatu uel diſtrictu cõmiſſis ẽ ordinata. & ĩ qua ueniret cõdẽnãdus ſi talis ĩ ciuitate comitatu uel diſtrictu deliqſſet/de quo bãno exire non poſſit niſi eo mõ & forma & put poſſet ſi in ciuitate comitatu uel diſtrictu deliqſſet /pœna cẽtũ libr. deñ. ptãt. ipo iure iminẽte ſi negligẽs fuerit ĩ pdictis.

Nota potãs

¶ De homicidiariis & aſſaſinis & qb⁹ patribus tollat' legitima homicidarũ filiorũ in ipſorũ patrũ uita. Cap. XXVI.

Q Voniã q gladio perimit gladio debet ĩterimi: Statuim⁹ & ordinamus q̃ homicidæ uel alii quoꝝ dicto uel fcõ homicidiũ doloſe fuerit ppetratũ in ciuitate comitatu uel diſtrictu Fani ſi in fortiã cõis Fani eẽnt ultore gladio capite puniant'. Si ãt nõ fuerint ĩfortia cõis: ſed euaſerint/bonis oib⁹ eoꝝ publicatis cõi pdicto (iure tñ legitimo hũtib⁹ reſeruato) ad ciuitatẽ Fani & eius comitatũ/& diſtrictũ impuniti nullhactenus redir̃ ĩppetuũ pmittant': Et nihilominus ĩ eorũ abſentia/ citati tñ & reqſiti & ꝓceſſu formato ſecũdũ formã ſtatutoꝝ ĩ eorũ cõtumaciã de ipſo homicidii crimine ad dictã pœnã poſſint & debeant cõdẽnari. Et qlibet ſupplicãs & ꝓ ipſis itercedẽs ad remittẽdũ eos qũ docũq; ĩ gratiã cõis: & ad habitationẽ dictæ ciuitatis & diſtrictus ĩcidat ĩ pœnã cẽtũ ducatorũ auri cõi Fani irremiſſibiliter applicãdã. Immo ſi dicti homicidæ uel alii quorũ dicto uel fcõ homicidiũ doloſe fuerit ppetratũ in fortiam cõis Fani ullo unq̃ tpe puenerint capitali pœna puniantur. Et ſi dicti malefactores fuerint de filiiſfamilias/pars legitima quæ eis deueniret in bonis paternis & maternis poſt ſuorũ parẽtũ mortẽ ĩ dicto cõi deueniat/ſi patres homicidaꝝ pdictoꝝ atq; delinquẽtiũ fuerint bonæ cõditiõis & famæ & pſonæ qbus diſplicet iniqtas & malitia filiorũ. Si uero fuerint p̃res malæ cõditionis & famæ & homines ſeueri animãtes filios ad male agẽdũ: tollat' ipſis patribus in uita eoꝝ dicta legitima ꝓ cõi: Si aũt poſt homicidiũ cõmiſſum homicidæ ſeu homicidiariis aut illis quorũ dcõ uel fcõ homicidiũ fuerit ppetratũ qs ad euadẽdum auxiliũ cõſiliũ uel fauorẽ quouis mõ p̃ſtiterit pœna qnq̃ginta lib. deñ. cõi Fani applicãda irremiſſibiliter pũiat'. Si uero homicidiũ caſu fortuitu & inopinato & q̃ p̃uideri nõ potuerit ſeu ẽt ad defenſam & ꝓ defenſa ſecutũ fuerit. cõmittens illud nullhactenus puniat'. Et qcqd cõtrafieret nõ ualeat ipſo iure. Statuim⁹ iſup & ordinam⁹ q̃ ſi p aſſaſſinũ qs fu

HAYKOВИЙ ПЕДАГОГІЧНИЙ ОБ ІМЕНІ Г. МЕЛІТНИКОВА

lia faciendũ cũ ferris illis ſtilglis & armis aptis & idoneis ad dicta opa ru
ralia in eundo & redeũdo. Itẽ oẽs foreſes & uiatores in eundo & tran-
ſeundo extẽſe per ciuitatẽ & comitatũ caſtra & uillas diſtrictus Fani. cũ
hoc q̃ cũ tranſeũt per ciuitatẽ caſtra & uillas portẽt arma ligata & cuſpi-
data cũ beccata ſeu capelletto. Vel dimittãt ipſa ad portas uel in hoſpitio
cũ morarent uel aliqualiter pnoctarẽt in dictis ciuitate caſtris & uillis.
Itẽ excipimus habentes inimicitias quibus liceat arma portare pro eorũ
defenſa tm̃ cũ licẽtia tamẽ poteſtatis & cõſilii ſpecialis Fani manu cãcel
larii ſubſcripta & ſigillata ſigillo dñi poteſtatis & cõis Fani. Q ui pote-
ſtas & conſiliũ ſapiẽter aduertãt cui licẽtia ſit concedẽda ne maius peri-
culũ ſubſequat. Et illis quib⁹ licentiã cõceſſerint faciãt dare idoneã fi-

deiuſſionẽ de nõ offendẽdo aliquas pſonas ſub pœna cẽtũ lib. ultra alias pœnas limitatas ꝑ formã ſtatutorũ Fani. Item liceat arma ꝑdicta portare auctoritate pñtis ſtatuti infraſcriptis uidelicet: familiaribus & curialibus Magnificoꝝ dñoꝝ nr̃oꝝ ꝑdictorũ cũ ipſis eorũ expenſis & ſalario cõtinue cõmorãtib⁹ / dño ptãti ciuitatis Fani eiuſq; officialibus & familiæ cũ eo in palatio & officio ſuo cõmorãtibus. Officiali cuſtodiæ & ei⁹ notariis. Vicario gabellaꝝ & eius notario cũ eo cõmorãti ad ei⁹ expẽſas & ſalariũ: & cancellario Fani. Ciuibus de conſilio ſpeciali dictæ ciuitatis durante tẽpore officii eorũ cõſilii. Caſtellano & familiarib⁹ ſuis: cuſtodibus portarũ / Tubatorib⁹: plazariis & gualdariis cõis Fani eoꝝ officio durante. Officialib⁹ & notariis dñi ep̃i & dñi abbatis ciuitatis Fani cum ipſis eorũ ſalario & expẽſis cõmorãtibus. Cuſtodibus nocturnis & diurnis ciuitatis Fani dũ uadũt ſtãt & redeũt a ſuis cuſtodiis. Teneaturq; poteſtas dictæ ciuitatis die ſabbati quo fit forũ & in die dñico & ſinguliſ feſtiuitatib⁹ principalib⁹ mittere militẽ ſuũ uel aliũ ex ſuis officialib⁹ ad ꝓquirendũ arma portantes cõtra formã pñtis ſtatuti & reptos culpabiles punire. Et ſi fuerit negligens ad prædicta incidat in pœnã. x. lib. deñ. qualibet uice qua ꝑ eũ fuerit cõtrafactũ. & ſimilẽ iqſitionẽ facere teneatur i comitatu Capitaneus generalis dicti comitatus ſub dicta pœna. Et liceat cuilibet denũciare & accuſare portãtes arma cõtra formã præſentis ſtatuti & credat ſibi cum ſacramẽto & dicto unius teſtis fidedigni. Et habeat tertiã partem bãni.

Arma quib. et liceat port

Nota potas:

Vnicuiq; licet denunciare accusare portantes Ar

¶ De licẽtia delatiõis armoꝝ nemini cõcedẽda. Cap. L IIII.

Emini ptãs Fani uel quis eius officialis: aut quis alius officialis
n ciuitatis uel comitatus Fani audeat uel ꝓſumat ſeu cõcedere poſ
ſit licentiã arma portandi per ciuitatem comitatũ ſeu diſtrictum
Fani ſub pœna centũ libr. deñ. uice qualibet cuilibet contrafacienti ipſo
iure iminẽte. & nihilominus licentia ipſa ipſo iure non teneat: nec a pœ
na delationis armoꝝ / arma portantẽ excuſet. Niſi ſolũmodo in caſu ini
micitiæ & guerrarũ prout & ſicut ſupra in ꝓximo ꝑcedenti ſtatuto & ea
forma qua notatum eſt & i eo continetur.

¶ De ꝓditoribus & rebellib⁹ ciuitatis Fani & ipſam ciuitatẽ comitatũ & diſtrictũ ꝓdere uolẽtib⁹. Cap. LV.

Voniã nulla maior peſtis ad nocẽdũ ẽ q̃ familiaris inimicus tã-
q toq; maiora ſunt crimia q̃to contra fidelitatis debitũ cõmittun
tur: ꝑ cõſeruãdo bono & pacifico ſtatu ciuitatis Fani eiuſq; co-
mitatus & diſtrictus: ac ẽt ſanctæ Ro. eccleſiæ. Statuimus & ordinamus
q̃ faciẽtes i ipſa ciuitate comitatu uel diſtrictu Fani ſeu ẽt alibi cõtra ipſã

HAYKOВА БИБЛИОТЕКА
ОНЧ имени Н. ТИМЕШКОВА

Ciuitatē comitatū uel districtū Fani & statū bonū & pacificū ipsius ciuitatis comitatus & districtus Fani & sanctæ Ro. ecclesiæ tractatū sectā seu cōspirationē coniurationē & ordinamētū i detrimētū turbationē seu diminutionē status & regiminis dictæ ciuitatis comitatus & districtus: & sanctæ Ro. ecclesiæ seu ipsam ciuitatē uel aliquod eius fortilitiū occupātes seu ꝓdētes: seu ꝓdere uolētes: seu ipsam ciuitatem uel aliquod eiꝰ castrū seu fortilitiū de manibus potestate & obediētia dicti cōis Fani & sanctæ Ro. ecclesiæ seu ipsam ciuitatē uel aliquod castrū uel fortilitiū ipsiꝰ iurisditioni suppositū inuadētes seu occupātes & uolētes seu attētātes seu tractātes ab obediētia & iurisditione cōis Fani & sanctæ Ro. ecclesiæ illa seu p̄dictoꝝ aliquod remouere & subtrahere uolētes tractātesq; alterius iurisditioni subiugare. Et sibi seu alteri submittere seu dicta occasione ad aliquē locū nūciū seu litteras destinātes alicui Cōitati dño uel singulari psonæ seu ēt ab aliqua cōitate uniuersitate seu dño: uel aliqua singulari psona nunciū lras seu ambasiatā recipiētes & illā nō ꝓpalantes immediate magnificis dñis priorib⁹ & ꝓ scā Ro. ecclesia gubernatib⁹ seu potestati phani/seu ad dictā ciuitatē comitatū & districtū occasionib⁹ supradictis accedētes seu ueniētes ꝓ pñtiēdo cōditionē & eē seu statum dictæ ciuitatis seu loci/comitatus/uel districtus ad quē accesserint: seu secreta negocia dictæ ciuitatis & locoꝝ p̄dictoꝝ. Seu ꝓ loquēdo cū aliqua psona exñte in dicta ciuitate comitatu uel districtu ex causis & occasiōibus supradictis seu earū aliqua: Seu ēt reuelantes aliqua negocia secreta statum esse seu cōditionem dictæ ciuitatis comitatus & districtus uel locoꝝ ciusdē aliqbus rebellib⁹ & inimicis dictæ ciuitatis seu sanctæ Ro. ecclesiæ/si fuerint in fortiam cōis phani p totā ciuitatē phani ad caudā equi uel asini ractent̄ & trasinet̄ & postmodū statim & icōtinenti i platea magna cōis phani pœna capitis ulctore gladio feriant̄: seu furcis suspendant̄ ad arbitriū ptātis. Et oia ipsoꝝ bona mobilia & imobilia cōi phani publicent̄. Si uero i fortia cōis phani nō fuerint eorū absentia nō obstāte pœna debita de qua supra cōdēnent̄ & in bāno ciuitatis comitatus & districtus phani ponāt̄: Et oia ipsorum bona ut superius dictū est publicent̄. Et si quo tēpore uenerint in fortiam cōis pœna supradcā plectant̄ & puniant̄. Et eadē pœna i oibus & p oia puniant̄ mādātes & fieri mādātes & p̄bētes i p̄dcis & circa p̄dcā auxiliū cōsiliū uel fauorē: Et ꝓ rebellibus & inimicis phani habeant̄ & tractent̄ & reputent̄. Scientes autē & non reuelātes anteq̄ res ipsa fuerit patefacta pari pœna puniantur. Et si quis ex prædictis q deliqssent i aliquo p̄dcōrū etiā si fuerit particeps alicuius crimis p̄dcōrum reuellaret aliqd de p̄dcis quæ fieri tractarentur contra dcūm cōe: & in ipsius cōis & sanctæ Romanæ ecclesiæ diminutionē a pœna pñtis statuti eximat̄ & exemptus intelligat̄ & ꝓ nō culpabili habeat̄. Et pœnā aliquā nullatenus patiat̄. Tales insup p̄dcā cōmittētes seu p̄dictorū aliqd ad eorū ppetuā ifamiā & cæteroꝝ exēplū ꝓ ꝓditoribus depingant̄ i platea magna cōis Fani in muro palatii dicti cōis & ibidē picti ppetuo debeāt pmanere: Et iuxta figurā cuiuslibet depicti scribant̄ lris grossis & bene legibilibus noīna & p̄nomina cuiuslibet depicti & causæ propter quas ibidē depicti sūt. Et de prædcis & p̄dictorum quolibet possit quilibet accusare & denunciare publice & secrete: & ad denūciationē cuiuscūq;: & ēt ex officio possit & debeat potestas Fani de p̄dictis inqrere & iuestigare p indicia uerisimilitudines & p̄sumptiōes oēq; genus ꝓbationum debitum & legitimū. & quoscūq; ueris & legitimis inditiis ad torturā qñcūq; ponere.

¶ De tētātib⁹ q̄ ciuitas Fani suū pderet comitatū & inobediētib⁹ dictæ ciuitati & collectas soluere recusantibus. Cap. LVI.

Via uirtus obediētiæ subiectionis & humilitatis quāplurimū deo & hominibus placet. & pessimū imo pniciosum est contra maiores suos calcitrare & secū dissidere/quod rebellionis indiciū ac signū eē dignoscit̄. Statuimus Sancimus & ordinamus q̄ qcūq; ciuis comitatiuus & uillicus uel subiectus Fani siue alius qcūq; ausus fuerit temerarie aliqd attētare q̄ ciuitas Fani suū pderet comitatū & iurisditionē. Vel inobediens eēt sanctæ matris ecclesiæ & dictæ ciuitatis phani. Et gradus collectas & ipositiōes debite ipositas & iponēdas p dictā ciuitatē ꝓ utili bono atq; pacifico statu p̄fatæ sanctæ matris ecclesiæ eiusdēq; ciuitatis & eius comitatus & districtus soluer̄ recusaret. Ac alia onera occurrentia ad quæ debite teneret̄/supportare nollet & uitaret. Et turbationē propter hoc dissensionē uel tumultū inter populos faceret quomodocūq; psuadēdo hoīnibus ut contra resisterēt ordinata i p̄missis per dictā ciuitatē Fani. Si fuerit psona priuata & in fortiā cōis deprhēsa capite puniatur. & oia sua bona cōi Fani publicent̄. & pro ipso cōi uendant̄ Si uero in fortia cōis Fani non fuerit eius absentia nō obstāte ad dictam pœnam cōdēnetur & in bāno ponat̄: & si quo tēpore ueniret i fortiam dicti cōis pœna supradicta plectat̄ & puniat̄. Et si fuerint plures eandē pœnā debeāt sustinere. Et si fuerit uniuersitas aliqua ac cōitas bona oia eiusdem uniuersitatis cōi Fani confiscentur & publicent̄. Et de psonis & hominibus ipsius cōitatis fiat punitio ad uoluntatē & mandatū consilii generalis ciuitatis prædictæ: & castrū destruat̄ in totū oi modo. Et teneatur potestas inquirere & iuestigare contra p̄fatos delinquētes ex suo

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОНЛАЙН
ПРИВАТНА ВЛАСНІСТЬ

officio & procedere per famã & alia uerisimilia indicia ad ueritatẽ inue niendam. & si potestas ipse fuerit negligens in p̃missis pdat de suo salario lib. cẽtũ deñ. tempore sui syndicatus retinendas.

¶ De pœna intrantiũ ciuitatem phani castra uel ei⁹ fortilitia aliunde q̃ p portas seu de eis exeuntiũ. Cap. LVII

Voniã ciuitates & fortilitia ingredi & egredi aliunde q̃ p portas & loca p quæ ad illa aditus p habitãtes in eis habet & hostile & locis ipsis ẽ periculosum: Tali morbo metu pœnæ obuiare uolentes. Statuimus & ordinamus q̃ ĩtrantes ciuitatẽ Fani castra seu fortilitia ipsius: & comitatus uel districtus eiusdẽ tẽpore pacis & quietis aliũde q̃ p portas & loca cõsueta puniant / si de die fuerit pœna cẽtũ lib. deñ. pro quolibet & uice qualibet. Si autẽ de nocte fuerit puniãt amputatione pedis. Si autem fuerit tẽpore guerræ Si fuerit ciuis & habitator ciuitatis seu comitatus Fani puniat arbitrio potestatis Fani inspecta qualitate facti & conditione personæ & causa talis ingressus. Si uero fuerit forensis non habitator dictorũ locorum pœna capitis puniat: Si fuerit ĩ fortia cõis Fani: alias condẽnet & ponat in bãno ciuitatis Fani comitatus & districtus: Et eadẽ pœna ut supradictũ ẽ in dictis casibus puniantur exeuntes dictã ciuitatem seu loca aliũde q̃ per portas & loca consueta.

¶ De pœna frangentis carceres cõis phani. Cap. LVIII.

Arcerũ cõis phani fractores & q carceres p̃dictos gladio uel alio quocũq; mõ ruperint seu fregerint / pœna capitis puniant.

Si uero sine fractura de ipsis carceribus carcerati de eis exierint seu aliquis ipsorũ: si pro debito pecuniario carcerati fuerint puniant in duplo q̃titatis ,p qua fuerint carcerati & habeant fugientes ipsi ,p cõuictis & cõfessis: & sola cã dictæ fugæ ei ad cuius petitionẽ fuerint carcerati condẽnet. Si uero ,p delicto fuerint carcerati, habeant ipso iure tales de carceribus fugientes quo ad delictũ pro quo detẽti fuerint pro cõfessis & cõuictis & de crimine cõdẽnent in duplo pœnæ ex forma statutorũ ĩponendæ. Et eisdẽ penis in quolibet casuum prædictoꝝ puniant dãtes auxiliũ cõsiliũ uel fauorẽ. Et possit qlibet de p̃dcis accusare & denũciare & credat sibi cũ sacramẽto & dcõ unius testis bonæ cõditiõis & famæ. & p̃dicta uendicent sibi locũ in carceribus publicis cõis Fani & nõ si de alio loco quis spreto mãdato officialis detẽtus recederet sine dcĩ officialis licentia: quo casu de mandato spreto eum possit cõdẽnare secundũ formã statuti loquẽtis de pœna non parentium mandatis potestatis & aliorũ officialiũ ciuitatis & comitatus Fani.

¶ De pœna offendentiũ carceratos. Cap. LIX.

u T carcer publicus q nõ ad pœnã sed ad custodiã ẽ iuentus tutissimũ sit carceratis & detẽtis in illo refugium: Statuimus & ordinamus q̃ nulla psona cuiuscũq; cõditiõis existat audeat uel p̃sumat pcutere seu uulnerare cũ aliquo genere armorũ uel sine aliquẽ carceratũ ĩ carcerib⁹ cõis Fani existẽtẽ: seu q in dcõs carceres de nouo cõduceret sub pœna dupli ei⁹ pœnæ qua puniret offendens aliquẽ extra carcerẽ exñtẽ scdm formã statutoꝝ Fani ,p quolibet & uice q̃libet. Et de p̃dictis qlibet possit accusare & denũciare: & p̃cipue ac p̃cise teneatur custos carcerũ sub pœna. c. sol. deñ. uice qualibet ĩfra secundã diẽ a die cõmissi maleficii denũciare oĩa & singula delicta ĩ carcerib⁹ p carceratos & cõtra carceratos cõmissa per quoscũq;. & credat custodi carcerũ cũ uno teste & eorum sacramento.

¶ De officio custodum carcerum. Cap. LX.

Vstos carceꝝ cõis Fani: & q ad eoꝝ custodiã fuerit deputati te-

c neant & debeãt hre penes se unũ libꝝ ĩ quo scribi facere teneant p notariũ gabellaꝝ mor cõsueto oẽs & singulos carceratos & penes ipos recõmẽdatos cũ eoꝝ noĩb⁹ & p̃noĩb⁹ & noĩb⁹ officialiũ ad quoꝝ petitionẽ penes se habuerit carceratos & annũ & mẽsem & diẽ carceratiõis. oẽsq; & singulos carceratos bñ & diligẽter custodire eoꝝ periculo. Et ,p quolibet carcerato & ĩ carcerib⁹ detento q tpe eoꝝ officii & custodiæ de ipis carcerib⁹ ex eoꝝ custodia uel suoꝝ familiariũ culpa uel negligẽtia seu mala custodia aufugeret teneant & obligati ĩtelligãt ad id ad qd carcerati ĩpi aufugiẽtes tenebant & ,p quo erãt ĩ carcerib⁹ cõstituti recõmẽdati seu carcerati illis psonis qb⁹ carcerati ipsi aufugiẽtes tenebant & ad quoꝝ petitionẽ erãt ĩ carcerib⁹ recõmissi. Et si p̃dicti d carcerib⁹ fugiẽtes seu aliqs ipsoꝝ eẽnt ,p crimie detẽti seu de crimie cõdẽnati: si ex crimie pœna psonalis ĩponi debebat uel ĩposita erat & dolo & facto custodis carceꝝ carcerat⁹ ipse de carcerib⁹ recessisset: custos ipse ĩ dolo rept⁹ eadẽ pœna psonali puniat q̃ carcerat⁹ fugiẽs puniri debebat. Si ãt ex negligẽtia seu culpa nõ dolo tñ custodis carcerat⁹ ipe de carcerib⁹ recessisset pœna pecuniaria puniat arbitrio ptãtis & cõsilii spãlis cõis Fani inspecta q̃litate facti & cõditiõe psonæ. Si uero ex crimie pœna pecuniaria ĩponi debebat ad eãdẽ pœnã custos ipse oĩmode teneat: quæ eidẽ carcerato fugiẽti ĩponi debebat q̃ocũq; dolo facto culpa seu negligẽtia & mala custodia custodis carceꝝ seu suoꝝ familiariũ fugerit carcerat⁹. Eo tñ addito q̃ si plures fuerit custodes & un⁹ ex eis cũ carcerato fugerit seu facto uni⁹ custodis & dolo seu negligẽtia carcerat⁹ fugerit: reliquus custos q in dolo seu culpa nõ fuerit nõ teneat ex eo: sed solus ille

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

custos q fuerit ut p̃dicit' culpabilis ĩ p̃dictis ad supradcã maneat obliga-
tus. Nõ possit insup custos carceꝝ ppria auctoritate alicui ĩ carcerib⁹ ꝓ
cã pecuniaria seu ꝓ pœna pecuniaria detẽto ferros seu ferrea uincula ĩ-
ponere de die seu ĩ cõpedib⁹ tenere sub pœna. x. lib. deñ. uice q̃libet &
ꝓ quolibet qua custos ipe cõtrafecerit ꝓ se uel ei⁹ socios seu familiares
ab eodẽ de facto auferẽda. Si tñ ipsi custodi ĩmineret suspitio legitia ꝓ-
pter quã eidẽ uideret' op⁹ esse aliquẽ carceratũ ꝓ cã prædcã pecuniaria
ꝓ ipsoꝝ tuitiõe & bona custodia ĩ uinculis seu cõpedib⁹ poni: & ĩ eis te
neri de die: adhibet' debeat uicariũ ptãtis seu ptãtẽ seu officialẽ illũ de cu
ius mãdato ille de quo ageret' foret in carcerib⁹ recõmissus: a quo ꝓpo
sita & allegata cã suspitiõis emergẽtis obtẽta licẽtia de uiculis iponẽdis
liceat eidẽ illa ĩponere iuxta licẽtiã sibi cõcessam. de qua qdẽ licẽtia con
stare debeat in actis curiæ. De nocte aũt licitũ sit eis carceratos quoscũq;
uinculare & in uiculis ponere dũ tñ nõ iniuriose iponãt. nec ꝓ extorquẽ
do aliqd a carceratis ipsis a qbus eo p̃textu ꝓ ferris nõ iponẽdis aliqd ex
torserit: seu ẽt spõte dãte uel dare uolẽte recepint ꝓ se uel aliũ directe uel
indirecte quouis q̃sito colore aliter uel alio mõ seu ultra id q̃ ex forma
statutoꝝ cõis Fani sit pmissũ puniant' in q̃druplũ ei⁹ qd recepint inde
bite occasiõe p̃dcã applicãdũ cõi Fani. Et nihilomin⁹ ad restitutionẽ ac
cepti teneant' & cũ effectu & de facto soluere teneant' & cõpellant'. De
qua qdẽ extorsiõe credat' sacro ipsi⁹ carcerati a quo dicerẽt' extortũ us-
q; in q̃titatẽ. xx. sol. deñ. ꝓ qualibet uice. Teneant' ẽt custodes carceꝝ ele
mosynas q̃ carceratis ipsis mittunt' ad carceres his qbus mittunt' ĩtegra-
liter dare & dari facere. Et quæ cõiter carceratis mitterent' seu ꝓ carcera-
tis in genẽ exhiberent' ĩtegraliter & sine diminutiõe ĩter ipsos carceratos
distribuere ꝓ nũero psonaꝝ & iuxta uniuscuiusq; carcerati indigẽtiã &
necessitatẽ sub pœna. xx. sol. deñ. uice q̃libet qua cõtrafecerit in p̃dictis.
de q̃ cõtrafactiõe credat' ipoꝝ carceratoꝝ sacro. Ambasiatas ẽt ipsoꝝ car
ceratoꝝ & quas ipsi carcerati fieri uellẽt officialib⁹ cõis Fani teneant' ip
si custodes ꝓ se uel aliũ facere seu fieri facere ad ipsoꝝ carceratoꝝ req̃sti
onẽ sub pœna. x. sol. ꝓ quolibet & uice qualibet. quoscũq; insup loq uo
lẽtes alicui carcerato admittere. seu quoscũq; carceratos qbuscunq; loq
uolẽtes ĩ carcerib⁹ p̃dictis seu ad fenestrã dictoꝝ carceꝝ seu ad parietem
steccatã loq pmittere patiant'. Dũ tñ possit ipse custos p̃tialiter ĩteres-
se si uoluerit tali locutõi & ea audire sub pœna p̃dicta uice qualibet qua
cõtrafecerit. Saluo & reseruato q̃ si in mãdatis haberet a ptãte & ab aliis
officialibus quoꝝ mãdato carcerat⁹ detẽtus esset q̃ nemini loqui pmit
teret. quo casu loqui non permittat. & a dicta pœna penitus excuset'. &
de dicto mãdato cõstare debeat in actis curiæ. Non possit insup custos

carceꝝ aliqs carceratos & in carceribus recõmissos ad petitionẽ alicuius
singularis psonæ de carceribus exire pmittere quouis mõ in ppetuũ uel
ad tẽpus sine exp̃ssa licẽtia eius ad cui⁹ petitionẽ fuerit psona detẽta sub
pœna. x. lib. deñ uice qualibet & ꝓ quolibet qua & quo fuerit contrafa
ctũ cõi Fani de facto applicãdaꝝ & dãnoꝝ & interesse ꝓtis lesæ & dãnifi
catæ. de quo tñ nõ possit custos ipse carceꝝ accusari uel denũciari seu a-
lio mõ puniri nisi ad denunciã & querelã eius ad cuius petitionẽ fuerit
qs detẽtus: seu eius q prætẽderit interesse quo casu stet' eius sacramẽto cũ
uno teste bonæ opiniõis & famæ. De oibus aũt supradictis possit qlibet
denũciare & accusare. Nõ possint autẽ dicti custodes ab aliquo carcera-
to tã ꝓ introitu q̃ ꝓ eoꝝ custodia tpe quo stabũt carcerati in carceribus: Merces custodis carcer
q̃ ẽt ꝓ exitu dictoꝝ carceratoꝝ uel quauis alia de cã accipe a dictis carce-
ratis nisi ꝓ primo die carceratiõis bonoñ. duos: ꝓ secũdo-tertio & quar
to die duos alios bonoñ. ꝓ quolibet dictoꝝ dieꝝ & ꝓ quolibet carcera-
to. Abinde uero supra q̃tumcũq; steterint nihil ultra recipe debeant sub
pœna quadrupli eius quod recipet dictus custos carceꝝ. Præter q̃ liceat
etiã dicto custodi accipere bonoñ. duos a quolibet carcerato quãdo ex-
ibit de carcerib⁹ ꝓ dicto exitu tñ ultra octo boñ. supradictos: qui duo Merces not' gabellar
boñ. dentur dicto notario gabellaꝝ pro sua mercede scripturæ tempo- carcerato
ris introitus & exitus carceratoꝝ. Personis uero aliis qbuscunq; quæ car
cerarent' ꝓ gradibus & aliis oneribus cõmunis & pro datiis gabellis &
inobediẽtiis & informationib⁹ officialiũ Fani & pro maleficiis & con
dẽnationibus quibuscũq; ad cõmune Fani spectãtibus nihil recipere de vide s. l. 2. cap. 69.
beat dictus custos uel eius socii & familiares uel alii officiales uel pote-
stas quoquomodo ad quos spectaret. Sed teneant' in p̃dictis eorũ offi-
cia ĩpartiri & executiones quascũq; facere gratis nisi aliter ꝓ statuta sit ꝓ
usum. & potestas & ei⁹ officiales teneant' prædicta obseruari facere sub
uinculo iuramenti & pœna decem libr. pro quolibet contrafaciente & Nota pœnã
qualibet uice qua contrafecerint in prædictis. Et nullus carcerat⁹ ꝓ ma
leficio & pro pœna cõmuni tangẽte possit recõmitti & detineri in dictis
carceribus ad instantiã & petitionẽ alicuius pticularis personæ pro debi Nullus carceratus pu
tis priuatis uel alia priuata causa. maleficio pot recõmitti debito priuato.

De carceribus uisitandis per Vicariũ potestatis. Cap. LXI.

Onsiderãtes q̃ qui sui iuris & in ꝓpria libertate nõ sunt alieno
c indigẽt auxilio: & ut quæ carceratis desunt circa iuris remedia
opportuna iudex ipse suppleat. Statuim⁹ & ordinam⁹ q̃ Vica
ri⁹ ptãtis una cũ notario maleficioꝝ. & uno ex notariis curiæ cõis ꝓ tũc
ad ciuilia deputato teneatur quolibet mense semel ad minus uisitare

HAYKOBA ЕЛЕНА ПЕТРОВНА
ПОЧТИ ИМЕННИ: МЕЛЕНИКОВА

carceres cōis fani. & carceratos in eisdem: in qua uisitatiōe audire tene-
atur querelas carceratorꝫ: & id qd ei dicere uoluerint. Et spāliter inuesti
gare teneat si p custodes carcerꝫ fit eis aliqua iniuria & quomō tractant
ab eis seu eorꝫ familiaribꝰ. & si eis impēsa subsidia p custodes ipsos exhi
bent & dant. Et generaliter de oibus cōtentis in statuto posito sub ru-
brica de officio custodū carcerꝫ interrogare teneat & eorꝫ petitiōes ciui
les & ēt criminales audire & eisdē de opportuno remedio ꝓuidere: & re
pertos culpabiles punire iuxta formā statutorꝫ in p̄dictis ꝓcedēdo sum
marie simpliciter & de plano siñ strepitu & figura iudicii & uelo leuato
sola facti ueritate inspecta. Ac ēt inuestigare a singulis carceratis de cau-
sis ꝓ quibꝰ in carceribꝰ detinent. Et si reperit aliquē indebite in carce-
ribꝰ detineri causa cognita ut prædicit ēt ex officio suo mero debite tñ
sic repertū relaxari facere teneat. Et eū q in tali detētiōe culpabilis fue-
rit pœna debita punire: & ad dānū expēsas & interesse ipsiꝰ carcerati cō-
dēnare teneat sub pœna decē lib. deñ. uice qualibet qua cōtra fecerit in
p̄dictis de facto auferēda. De qua quidē uisitatiōe apparere debeat ma-
nu notarii maleficiorꝫ & manu notarii ciuis: q cū dicto uicario in uisita
tione p̄dicta interfuerit. Et de p̄dictis qlibet possit accusare & denūcia-
re: ac ēt credat sacramēto carceratorꝫ de uisitatiōibꝰ antedictis in q̄ cū nō
fierēt. Et si dictꝰ uicariꝰ fuerit in prædictis negligēs & remissus puniat
uice qualibet qua neglexerit p̄dicta obseruare pœna decem lib. deñ. irre
missibiliter exigenda ꝫ tpe syndicatꝰ a prædicto uicario per syndicatores
ipsius.

¶ De pœna eripiētis aliquē de manibꝰ familiæ ptātis. Cap. LXII.

T ptās ciuitatis Fani cæteriq; officiales sine impedimētorꝫ ob-
u staculis sua ualeāt officia liberiꝰ exercere. Statuimꝰ & ordina-
mus q; quotiēs familia ptātis seu eiꝰ officiales cæteriq; officia-
les cōis Fani aliquē cape & captū ducere in eorꝫ fortiā & aliquā executi-
onē personalē facere seu ēt realē uellent: nulla persona cuiuscūq; condi-
tionis existat audeat uel præsumat se opponere alicui officiali uel fami-
liæ alicuiꝰ officialis seu ipsos quomodolibet impedire: quo minꝰ prædi
cti officiales seu eorꝫ uel alicuiꝰ eorꝫ familiæ possint dictas executiōes fa
cere. Et si aliquis se opposuerit in prædictis seu aliquē captū de manibꝰ
familiæ eripuerit: seu eius facto captus ipse: seu qui capi debebat aufu-
gerit seu ēt in aufugiēdo & euadēdo de manibus dictorꝫ officialiū seu
ipsorꝫ familiæ dederit auxiliū cōsiliū uel fauorē opponēdo se dictis of-
ficialibꝰ uel eorꝫ familiæ & eorꝫ ptes quomodolibet opponēdo; Si ca-
ptus ipse seu q capi debebat erat pro debito ciuili puniat in quinqua-
ginta libr. deñ. cōi Fani. & ad dictū debitū p̄soluendū ꝓ quo exemptus

seu capiēdꝰ tenebat. tēneat & de facto soluere cōpellat. Si uero ꝓ cri-
mine & ex crimine ꝓ quo ei qui aufugit pœna corporalis ueniebat im-
ponēda ex forma statutorꝫ cōis Fani. eadē pœna puniat. Si autē pœna
pecuniaria ꝓ crimine prædicto imponēda ueniebat in duplo eius pœ-
næ qua qui exemptus fuit seu aufugit seu capi non potuit puniendus
erat: puniatur.

¶ De pœna frangentis pacem. Cap. LXIII.

Idē fallere q̄ sit graue & periculosum nemo est qui nesciat. Et
f plærūq; sub ꝓmissæ fidei spe & pacis factæ fiducia: nō præca-
uētes ab hoste lædunt. huic igit morbo obuiare uolētes. Sta-
tuimꝰ & ordinamꝰ q; quicūq; cōtra pacē factā ac iuramēta de qua pu-
blicū instrumētū appareret uenerit: pcutiēdo seu uulnerādo eū cū quo
se recōciliauerit seu pacē fecerit nulla post pacē factā ante offensam in-
iuria subsecuta. Si crimē cōmissū tale fuerit ex quo p̄sonalis pœna qūo-
libet uenerit iponēda. Vltra pœnā delicti a statuto p̄fixā citra mortē acri
us puniat arbitrio ptātis q̄litate facti & p̄sonarꝫ cōditiōe inspecta. Si ue
ro ex crimine pœna pecuniaria uēiebat imponēda: tūc ratioe delicti cō-
missi & pacis fractæ puniat in duplo pœnæ alias in cōmisso crimīe ordi
natæ fisco applicādæ. reseruata pœna pti in pace contēta. Et p̄dictæ pœ-
næ fragētiū pacē ut supra nō uendicēt sibi locū in heredibꝰ faciētiū pa-
cē: sed dūtaxat habeat locū in principalibꝰ frāgentibꝰ pacē & in instru-
mētis descriptis. Q ui uero cōtra pacē publicā per cōe Fani seu ciuitatis
Fani regimē habentē factā uenerit seu quouis mō uiolauerit uel turba
uerit inspecta qualitate facti & p̄sonarū cōditiōe & effectu pniciēi: quæ
ex delicto fuerit subsecuta: puniat arbitrio ptātis & ultra pœnas p statu
ta limitatas. Et de prædictis quilibet possit accusare & denūciare.

¶ De hostibus & rebellibus cōmunis Fani. Cap. LXIIII.

Vm nō sit iuris dissonū nec a rationis tramite alienū in hostes
c ac patriæ rebelles: quos ut plurimū ptās iudiciaria non ualet af
ficere: unūquēq; de patria ad ipsius defensionē illorūq; exter-
minationē posse sæuire. Statuimus & ordinamus q; hostes & rebelles ci
uitatis Fani & cōis eiusdē: auctoritate p̄ntis statuti sint & esse intelligan
tur cuiuscūq; cōditiōis existāt ex tpe hostilitatis & rebelliōis cōmissis ip-
so facto absq; alia snia uel bāno: in bāno cōis Fani de ære & persona ac
si ad mortē fuissent sententialiter condēnati & eorū bona publicata. Et
possint a quolibet īpune offendi & occidi & capi atq; etiā prædari: quo-
rū p̄da sit & esse itelligat ipsorꝫ eos capientiū seu deprædantiū. Et si quo
tpe uenerit ī fortiā cōis Fani morti tradant. ita q; pœnitꝰ moriat. Sintq;

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА
ОНУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

& esse intelligant priuati ipo iure omi bnficio statutorꝝ & subsidio cois Fani eiusq; auxilio & ptectione & eisdē ius in aliquo nō reddat in ciuili nec i criminali: nullusq; eisdē in agēdo uel defēdēdo patrocinet: sintq; successionū tā ex testamēto quā ab intestato incapaces / Sintq; infames & a testamēto pœnit9 excludant / null9 etiā cū eisdē quouis mō cōicet seu eos receptet seu eis præbeat auxiliū consiliū uel fauorē. Et qui in pdictis cōtrafecerint receptātes eosdē seu eisdē præbentes auxiliū consiliū uel fauorē pœna simili puniant. Saluis & reseruatis personis illis qui timore ne offendi possent a dictis hostib9 & rebellib9; ipsos rebelles receptarēt & cū ipsis loquerent tanq; cū improuisis: & nō dolo & appensate receptādo eos: sed tantū metu ne possent ab ipsis rebellibus & hostibus aliqualiter offendi & male tractari: quo casu ad dictā pœnā minime teneant. Patrocinātes āt in litib9 pœna. c. lib. den. plectant. Et nihilominus quicqd fieret cōtra formā pnātis statuti sit ipso iure nullū. Hostes āt & rebelles cois Fani de qbus supradictū est: quo ad pdicta intelligātur: Faciētes seu fieri faciētes dicto cōi guerrā: bellū seu hostilitatē. ac etiā cōtra quos p dictū cōe & dictā ciuitatē regentē fuerit ex causa legitima bellū indictū. Hi ēt q torritoriū dicti cōis quouismō hostiliter seu alio mō uioléter inuaserint seu aio inuadēdi & pacificū statū ipsi9 territorii quo quo mō turbādi itrauerint. seu subditos dicti cōis & habitātes i ei9 territorio & alios quoscūq; in dcō territorio exntes seu intrātes & trāseūtes prædauerint: q etiā cōtra dictū cōe rebellionē aliquā fecerint seu seditionē ligā uel cōuenticulā. Et generaliter oēs & singuli q hostes & rebelles dicti cōis fuerint declarati per potestatē & consiliū dicti cōis. Q ui omnes pro hostibus & rebellibus declarati præsentis statuti pœnis afficiantur in omnibus & per omnia ut superius est expressum.

¶ De bānitis cōis Fani impune offendendis. Cap. LXV.

E magis cōtumacib9 & abntib9 eorꝝ psit absentia q̄ obedientibus & pntib9 obediētia pdest. Et ex condēnatorꝝ abntia: pœnā delictū nō effugiat: & effectu remaneat ipunitū. Statuimus & ordinam9 q oēs & singuli in cōtumaciā ex forma statutorꝝ cōis Fani de crimie cōdēnati postq̄ eorꝝ condēnatiōes in rē transiuerint iudicatā: sint & itelligant esse donec eorꝝ condēnatōes executionē habuerint: de ciuitate comitatu uel districtu Fani bāniti & tāq̄ bāniti possint ipune offendi ēt usq; ad mortē iclusiue: si tales exbāniti ad mortē fuerit cōdēnati. Et si psonaliter in abscissiōe mēbri fuerit cōdēnati psonaliter possint offendi. dū tn citra mortē. Si uero p crimie pœna pecuniaria fuerint cōdemnati usq; in. cc. lib. den. offendi nō possint. Sed possint si in ciuitate comitatu uel districtu Fani reperti fuerint impune a quocūq; capi & in fortiā cōis deduci ac bonis & rebus quas cū eo tūc habuerit spoliari: & ab his qui eos ceperint si eos cōtra fortiā eorꝝ cōduxerint prædari & derobbari: ipsisq; bānitis omnib9 supradictis in ciuili & criminali audientia deneget nec eis nec alteri p eis ius aliquod reddat quousq; in bāno permāserint. Per hoc tn nō intelligat in casu In quo ex forma pntis statuti ē offensa phibita iudici adēpta facultas de crimine inqrēdi. Nec ēt denūciatores publici q ex forma præsentiū statutorꝝ crimina denūciare tenent a denūciatione faciēda in quolibet casuū pdictorꝝ itelligant quolibet excusati: sintq; & intelligant bāniti pdicti eorꝝ bānis durātibus ab omnib9 & singulis imunitatib9 ciuilitatib9 ac bnficiis ciuitatis Fani & statutorꝝ & ordinamētorꝝ eiusdē exuti & ipso iure priuati. Nec ad ipsa durāte tpe bāni pse uel aliū ullhacten9 admittant. Et nō possit ptās cōtra formā pntis statuti pcedere uel inqrere neq; aliquē punire ni si put supius ē expssum. Et qcquid cōtrafieret non ualeat ipso iure. Et possit talis defensio & exceptio bāni p quēcūq; fieri: & bānum ipm seu cōdēnatio offensi uel occisi ad defensionē ipsi9 offēdētis bānitū seu cōdēnatū in casu pmisso ut superi9 est expssum: a quocūq; noie ipsi9 offēdētis pduci & in ius exhiberi. Q uo exhibito & pducto & iudici facta fide sibi de dicto bāno & ipsum q offenderet ex eo pœnā nō mereri eū absoluere teneat & pnunciare pcedendū nō esse occasione prædicta ēt si offendēs ipse nō cōparuerit ad defensam & quicqd cōtrafieret cōtra formā pntis statuti sit ipso iure nullū. Et hoc statutū teneatur ptās quilibet in principio sui regiminis facere per ciuitatē Fani & eius loca publice præconizari sub pœna centū sol. den. Et præsens statutū nō uendicet sibi locum in bānitis seu condemnatis qui essent in carceribus cōmunis Fani & in fortia dicti cōmunis & potestate detenti pro eorū condēnationibus siue bamnis.

¶ De pœna receptantium exbamnitos cōis Fani. Cap. LXVI.

Vm sit receptatorꝝ: sine qbus delinquētes diu nō possunt delictorꝝ pœnas euadere & impune in patria cōuersari / pessimū genus. Statuimus & ordinam9 q nulla psona cuiuscūq; cōditōis existat audeat uel psumat i ciuitate comitatu uel districtu Fani alicui de crimie in cōtumacia seu ei9 abntia sedm formā statutorꝝ cōdēnato & q nō foret in fortiā cōis: in eorꝝ domib9 cibū seu potū dare seu aliqd alimoniæ subsidiū exhibere cōsiliū uel fauorē: neq; de die uel de nocte in domibus eorum habitationis receptare seu eis extra eorū domos de loco ad locum portare cibum seu potum. & si quis appēsate contrafecerit

in prædictis uel aliquo prædictorꝫ pro quolibet bãnito ſeu condẽnato ad mortẽ in centũ lib. deñ. puniat' uice qualibet qua cõtrafecerit. ꝑ quo libet uero exbãnito & condẽnato ad pœnã corporalẽ citra mortẽ punia tur in quinquaginta lib. deñ. pro quolibet uero cõdẽnato & bãnito pœ na pecuniaria a centũ lib. ſupra in decẽ lib. deñ. Caſtrũ uero uniuerſitas ſeu uilla ſeu cõitas cõtra prædicta faciẽtes in quolibet caſuũ prædictorũ puniatur in duplũ eius quod ſuperius eſt expreſſum. Et quilibet poſſit accuſare & denunciare & habeat denũciator dimidiã pœnæ. & etiã de ꝑ dictis poteſtas inquirere teneat': & in quolibet caſuũ prædictorꝫ parẽtes & cõſanguinei bãnitorꝫ uſqꝫ in quartũ gradũ ſecundũ iura canonica cõ putatũ: cõtrafacientes in quolibet caſuũ prædictorꝫ mitius puniant' ar bitrio poteſtatis & cõſilii ſpecialis ciuitatis Fani. Et teneat' poteſtas hoc facere præconizari in principio ſui officii per ciuitatẽ Phani per loca pu blica & cõſueta dictæ ciuitatis ſub pœna centũ ſoli. deñ.

¶ De lucro & premio capientiũ exbãnitos. Cap. LXVII.

q Voniã nedũ a malo metu pœnarꝫ ſunt homines cohercẽdi: qm imo etiã ad bonũ ſunt præmiorꝫ exhortatiõe inuitãdi: ad exter minationẽ bãnitorꝫ cõis Fani qui nũc ſunt & qui pro tempore fuerint: duximus ſtatuendũ: ꝙ quælibet perſona quæ cæperit aliquẽ ex bãnitum & condẽnatũ ad mortẽ in cõtumaciã de ciuitate comitatu uel diſtrictu Fani. & ipſum in fortiã cõis duxerit & præſentauerit dño pote ſtati: habeat & habere debeat a cõi Fani. uidelicet de bonis dicti capti & præſentati ſi bona habuerit: & ſi bona nõ habuerit de pecunia dicti cõis lib. centũ deñ. Si uero eũ occiderit & occiſum præſentauerit: & de eius occiſione fidẽ fecerit habeat & habere debeat de bonis occiſi ſeu de hauere cõis ut prædicit' lib. centũ deñ. Si uero cæperit bãnitũ & condẽna tum ad mẽbri abſciſſionẽ uel aliquã pœnã corporalem habeat de bonis dicti condẽnati ſeu de hauere dicti cõis ut prædicit' lib. xxv. deñ. Si uero bãnitum & cõdẽnatũ in pecunia cœperit habeat & habere debeat de bo nis dicti condẽnati tantũ q̃tum fuerit tertia pars condẽnationis. Et ſi cõ dẽnatus ipſe bona nõ habuerit ſufficiẽtia ad ſolutionẽ condẽnatiõis & ad ſolutionẽ dicti præmii: ſed habeat bona ſufficiẽtia ad condẽnationẽ dũtaxat habeat tertiã ptem dictæ condẽnatiõis percipiendã a cõi. & præ dicta nõ habeãt locũ in officialibus publicis cõis Fani capiẽtibus ſeu oc cidẽtibus bãnitos ut ſupra: quia ipſi ſine ꝓmio aliquo ex debito officii ad ꝓdicta tenent'. Et ſi condẽnatus ipſe & bãnitus captus & præſentat⁹ bona ad condẽnationẽ ſufficiẽtia nõ habuerit habeat & habere debeat a cõi decẽ lib. deñ. Si condẽnatio prædicta fuerit maior centũ lib. ab in

de infra habeat. v. lib. deñ. Et ſi quis bãnitus ad mortẽ ceperit & præſen tauerit aliũ exbãnitũ ad mortẽ ſeu ipſum occiderit in caſu a ſtatutis per miſſo & ipſum occiſum præſentauerit ſeu de occiſione legitime fidẽ fe cerit ſit & eſſe intelligat' auctoritate præſentis ſtatuti ipſo iure exempt⁹ a bãno: tamẽ nõ poſſit habitare in ciuitate comitatu ſeu diſtrictu Fani niſi habuerit pacẽ de crimine ꝑ quo erit bãnitus. Si uero bãnitus ad pœ nam perſonalẽ citra mortẽ aliũ exbãnitũ ad mortẽ uel ad pœnã perſona lem citra mortẽ ceperit ſeu ꝓſentauerit in fortiã cõis Fani ut dictũ eſt ip ſo iure habeat & habere intelligat' remiſſionẽ condẽnationis eius. Si ue ro præſentauerit condẽnatũ & bãnitũ in pecunia & ipſe pñtans fuerit ſi militer bãnitus & condẽnat⁹ in pecunia ꝑ rata q̃titatis qua pñtatus cõ dẽnatus & bãnit⁹ erat eximat' a bãno & condẽnatiõe præſentãs ipſe. Et licet dicti bãniti & condẽnati pñtantes ſeu occidẽtes bãnitos & cõdẽna tos in caſib⁹ ſupius expreſſis eximant' ab eorꝫ bãnis & condẽnationib⁹ ut ſupi⁹ eſt expreſſum: nõ tñ poſſint habitare in ciuitate comitatu uel di ſtrictu Fani niſi pacẽ habuerint ab offenſis uel eorꝫ heredib⁹ de crimie ꝑ quo condẽnati & bãniti erãt: Et hoc ſtatutũ teneat' ptãs uinculo ſacra mẽti & ſub pœna. x. lib. deñ. in principio ſui officii ꝓconizari facere p ci uitatẽ Fani & eius loca publica.

¶ De bãnitis nõ cãcellãdis ſeu eximẽdis de bãno. Cap. LXVIII.

c Vm plærũq̃ facilitas ueniæ præbeat materiã delinquẽdi: hmõi materiã in grauib⁹ & enormib⁹ potiſſime delictis auferre uo lẽtes. Statuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ bãniti ſeu q in poſterũ bãniẽt' ꝑ homicidio. furto ſeu robbaria: ꝓditione: falſitate: ſodomia: raptu mu lierũ ſeu puerorꝫ: aſſaſſinio: ueneficio: incẽdio: incœſtu: & quolibet alio crimine capitali: quouis mõ colore uel ingenio de eorꝫ bãnis eximi nõ poſſint neq̃ cãcellari eriã ſi pacẽ haberẽt: ſed ꝑpetuo in bãno & cõdẽna tione remanere debeãt. Null⁹ inſup bãnitus ſeu condẽnatus cõis Fani de aliquo crimine quorũ occaſione cõitas uilla uel cõtrata in aliquo cõ dẽnata fuiſſet ſeu in aliquo mulctata: ſeu aliqd cõi ſoluiſſet de eorꝫ bã nis & condẽnationib⁹ ullo modo eximi ſeu cãcellari poſſint q̃ocũq̃ etiã in caſu alias nõ ꝓhibito & in quo bãni exẽptio ſeu cancellatio non foret inhibita: niſi primo & ante oĩa cõitati uillæ ſeu cõtratæ. & his ꝓſo nis quæ ipſorũ bãnitorꝫ occaſione ſeu cauſa in cõi condẽnatiõe mulcta tæ fuiſſent ſeu aliquid ſoluiſſent in cõi: itegraliter ſatiſfecerint ſeu cum ipſis in cõcordia fuerint. Et oẽs & ſingulæ cãcellationes & exemptiones bãnorum prædictorꝫ factæ contra formã præſentis ſtatuti ipſo iure non ualeant & nulli⁹ ſint effectus: & auctoritate huius ſtatuti per omnia ha

beant ac si facta nõ fuissent & eis nõ obstãtibus bãniti ipsi & condẽnati qui sic de facto eximerent seu cancellarent cõtra formã psentis statuti subiaceãt omnib⁹ pœnis psentiũ statutorũ cõtra eos & in eorũ odiũ ordinatis: & offendi: occidi: capi & puniri possint perinde ac si cãcellati nõ fuissent. Nullusq; officialis cõis Fani uel quiuis notari⁹ prædictas cancellatiões seu exẽptiones bãnitorũ contra formã præsentis statuti facere seu fieri facere uel mãdare seu scribere seu se subscribẽ uel sigillare quo uis modo audeat uel psumat sub pœna cuilibet officiali contrafacienti cẽtum libr̃. dena. uice qualibet: & pro quolibet notario contrafacienti pœna uice qualibet & pro quolibet quinquaginta lib. ipso iure imminente. Et nihilominus officiales ipsi sint infames & ipso iure priuentur eorũ honorib⁹ & officiis. Notarii uero ab eorũ tabellionat⁹ officio in ciuitate Fani exercẽdo p quinquenniũ suspendant & ipso iure suspẽsi intelligant: adeo q; durãte prædicto tpe nulla possint cõficere instrumẽta seu scripturas & cõfectæ nõ ualeant ipso iure. Et cõtra hoc statutũ nullũ possit fieri statutũ seu reformatio uel ꝓuisio & factũ nõ ualeat ipso iure. Nullusq; de cõsilio ciuitatis audeat uel præsumat in dicto cõsilio cõtra præsens statutũ & in eo contẽta aliquid ꝓponere uel arengare seu de ꝓponẽdo uel arengãdo licentiã quærere. Neq; ea cõcessa uti neq; etiã potestas & consiliarii cõis Fani seu quiuis alius officialis cõis Fani audeat uel præsumat cõtra prædicta aliquid attẽtare seu aliquã reformationem uel statutũ facere uel pmitti facere in cõsilio cõis. Neq; de arengãdo in dicto consilio cõtra prædicta alicui licentiam cõcedere. Neq; cãcellarius cõis aliquid cãcellare uel cõtra prædicta facere sub pœna cuilibet officiali contrafaciẽti centũ lib. & cuilibet alteri priuato qnquaginta lib. den̄.

De malefactoribus capiendis. Cap. LXIX.

X eo q; delinquẽtes plærunq; fugiẽdo a pœnis delictorũ se subtrahũt inde crescit audacia peruersorũ. Vnde cessat punitio delictorũ & suos nequit auctores pœna tenere. Huic euasioni occurrere cupiẽtes: Statuimus & ordinamus q; si in ciuitate comitatu uel districtu Fani cõmitti cõtingat seu ppetrari aliquod maleficiũ cũ armis & sanguinis effusione seu homicidiũ seu raptũ uirginũ uel mulierũ uel aliorũ similiũ: homines de cõtrata & loco in quo maleficiũ fuerit cõmissum: & cæteri qui præsentes fuerint dicto maleficio teneant & debeant si poterũt capere alta uoce subsidiũ postulãdo clamare & post ipsos malefactores ire & eos insequi p cõtratas & loca per quæ malefactores ipsi fugerẽt uidelicet si fuerit i ciuitate cõmissum usq; ad portã & extra portam q̃tum suburbia & ædificia contingẽtia ꝓtendãt. Et si in comitatu

uel districtu cõmissum a cõtrata loco seu uilla in quo delictũ cõmissum fuerit usq; ad proximã & uicinioreẽ contratã & uillã uel castrũ & per totam ipsam contratã & uillã uel castrũ uiciniores homines cõtratarũ uillarũ castrorũ & locorũ in qbus maleficiũ fuerit cõmissum malefactores insequi teneant semp post ipsos exclamãdo capiat malefactor. Ab ea autẽ uilla uel castro uiciniori homines ipsi⁹ uillæ uel castri per totã sequentem & proximã uillã uel castrũ inseq teneant modo prædicto malefactores. Et sic similiter alii de aliis locis & cõtratis seu uillis uel castris comitatus & district⁹ insequi teneant dictos malefactores. Ita tamẽ q; comitatiui extra comitatũ malefactores prædictos in comitatu delinquentes inseq nõ teneant: Et quæ dicta sunt de comitatiuis & districtualibus intelligant q; malefactores quoscũq; p eorũ cõtratas & uillas uel eorũ castra fugiẽtes inseq & capere teneant mõ prædicto siue in ciuitate siue in comitatu uel in districtu fugiẽtes ipsi deliquerint: Et dicta occasiõe possint ipsi insequẽtes malefactores p̃dictos arma quæcũq; portare: & ipm malefactorẽ resistentẽ & se capi nõ permittentẽ ẽt si opus fuerit uulnerare ẽt usq; ad mortẽ inclusiue & oia facere ꝓ eorũ posse ut capiat & ne dictus malefactor euadat. Teneant ẽt homines cõtratarũ uillarũ & locorũ tã ciuitatis q̃ comitat⁹ Fani trahere ad rumorẽ seu clamorẽ acclamãtiũ post malefactorẽ: Et quotiẽs ꝓ malefactorib⁹ capiẽdis clamare audiuerint cũ eorũ armis & fustib⁹ cõparere: & malefactores inseq ut supius dictũ est. Et dicta occasione liceat hominib⁹ de comitatu pulsare & pulsari facere cãpanas ad martellũ post eos ad excitãdos & cõuocãdos homines locorũ & cõtratarũ: Et custodes portarũ quotiẽs uiderint aliquẽ fugientẽ inseq aut audiuerint cãpanã palatii ad martellũ pulsari ut infra teneant rastellos claudere & dictũ fugientẽ exire nõ pmittere. Teneantur etiã homines cõtratarũ ciuitatis in quibus delicta prædicta cõmitterent saltem unus ex eis illico ad palatiũ ptãtis & toto posse capere & arestare currere & uenire & maleficiũ cõmissum intimare & ꝓpalare. Et potestas & eius iudex statim habita notitia dicti maleficii teneant & debeant facere pulsari ad martellũ maiorẽ campanã palatii ter successiue dãdo tocchos quinq; ꝓ qualibet uice festinãter & mittere familiã ad insequendũ & capiendũ ipsum malefactorẽ toto posse: Et statim significare uillis & aliis locis ciuitatis Fani qui eis uidebunt ut deueniãt ad passus uerisimiles ꝓ capiẽdo dictũ malefactorẽ: significãdo etiã eis ipsum malefactorẽ cũ signis opportunis quantũ fieri poterit ut habilius cognoscatur. Et p̃dicta ptãs ipse oino facere teneat sub pœna centũ lib. den̄. & si homines dictarũ cõtratarũ uillarũ castrorũ & locorũ in supradictis eis in

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОТ ЕЛЕНА ИВАНОВА ЛЕКОВА
Copy image by ЛЕНИНИКОВА

cumbentibus fuerint negligentes & remissi puniant' homines cõtratarum & loci si homicidiũ fuerit cõmissum in quinq̃ginta lib. deñ. Occasione aũt aliorũ maleficiorũ cõmissorũ puniant' cõtrata & homines in xxv. libr. in totũ qui in prædictis fuerint negligentes & remissi a p̃dictis. Cuilibet aũt singulari psonæ quæ fuerit præsens dicto rumori seu rixæ uel ꝓpe seu iuxta illũ & rumorẽ nõ eleuauerit & nõ clamauerit: Itẽ cuilibet q̃ ad clamorẽ non uenerit ut superius dictum ẽ pœna sit decẽ lib. denarii. Excipimus pupillos: ifirmos & senes & psonas debiles arbitrio potestatis. Et ut p̃dicti malefactores habilius capi possint per cõtratas & loca per que fugerent: Statuimus q̃ singuli apotecarii & artifices stationarii & stationẽ & apotecã tenentes debeat continue unũ graffium cũ hasta decem pedũ ad minus appensũ hr̃e ad eorꝫ & cuiusq̃ ipsorũ apotecã & stationẽ cum quo capere possint & teneant' dictos malefactores fugientes aptiori mõ quo poterint sub pœna culibet non habenti & non tenẽti graffiũ prædictũ. xx: solidorũ uice qualibet. Et ad hoc ut q̃libet apotecarius & stationarius graffium teneat potestas p se & eius officiales inquirere teneat' de prædictis nõ habentibus graffiũ: & nõ habentes & nõ tenentes punire pœna prædicta de facto & sine processu. Et teneat' potestas præsens statutũ in principio sui officii facere p̃conizari p ciuitatẽ Fani in consuetis & publicis locis dictæ ciuitatis ac successiue omni mense semel durante eius officio sub pena. x. lib. de suo salario retinenda tempore syndicatus.

¶ De hæreticis: Assasinis: Lenonibus/sodomitis: & lusoribus falsorũ taxillorꝫ de ciuitate expellẽdis. Cap. LXX.

Vm in rep. utile sit a sanis & bonis ouibus morbidam separi & malũ auferri de medio: Statuimus & ordinam⁹ q̃ hæretici publici: assasini & de assasinio diffamati: Lenones cuiuscũq̃ sex⁹ sodomitæ & lusores falsorꝫ taxillorꝫ & cæteri biscazatores & fabricatores falsæ monetæ: & q̃ de p̃dictis fuerint publice diffamati/de quorũ infamia constet per sex testes bonæ opinionis & famæ de publica uoce & fama legitime deponẽtes expellant' de ciuitate & burgis discedere debeant: seu expulsi fuerint reperti fuerint habitare stare seu morari puniantur uice qualibet & pro quolibet in quinq̃ginta lib. deñ. quas si non soluerint infra mensem a die cõdẽnatiõis de eis factæ per ciuitatẽ & eius loca publica fustigent' & nihilominus de ciuitate expellant'. Et teneat' potestas p̃dicta facere ad requisitionem cuiuscũq̃. Et q̃libet de p̃dictis possit denunciare & accusare. & potestas in principio eius officii teneat' prædicta oia in pñti statuto cõtẽta p̃conizari facere sub pœna decẽ libr. deñ.

Et prædicta nõ intelligant' de Lenonibus publicarũ meretricum in prostibulo commorantium.

¶ De pœna facientium cõuenticulã seu parlamentũ: seu guarnimentũ in ciuitate uel districtu Fani. Cap. LXXI.

Onuenticulis & cõgregationib⁹ gẽtiũ obuiare uolẽtes: Statuimus & ordinamus q̃ nulla psona cuiuscũq̃ status uel cõditionis existat: cõitas: collegiũ siue uniuersitas faciat uel fieri faciat aliquã cõuenticulam sine armis guarnimẽtũ seu congregationẽ aliquarũ gẽtiũ armataꝫ ĩ aliquo loco ciuitatis comitatus uel districtus Fani aliqua occasiõe. Et q̃ cõtrafecerit si cõuẽticula cõgregatio seu guarnimentũ factũ fuerit in præiudiciũ seu diminutionẽ status ciuitatis Fani seu sãctæ Romanæ eccl. capite puniat' ad mortẽ: & bona eius oia cõi Fani cõfiscent'. & locus ĩ quo p̃dcã fierẽt si eẽt aliquoꝫ delinquẽtiũ in p̃dictis fũditus diruatur. Et si fuerit uniuersitas seu collegiũ uel cõitas in duabus millibus libris deñ. puniat' siue cũ armis: siue sine armis. Et p̃dicta uẽdicẽt sibi locũ si cõuenticula contra statũ cõis Fani uel Sanctæ Ro. ecclesiæ subuersionẽ uel diminutionẽ facta fuerit. & qui fuerint principaliores & magis noxii in cõuenticula & tractatu ĩ uniuersitate p̃dicta capite puniant' & oia eorꝫ bona cõi confiscent' & castrũ seu uilla destruat'. ¶ Si uero fuerit in p̃iudiciũ alicuius singularis psonæ ad alteri⁹ dãnũ uel offensam seu quãuis diminutionẽ puniat' cõtrafaciẽs si fuerit singularis psona in qnquaginta lib. deñ. & in plus uscq̃ in cẽtũ libr. arbitrio ptãtis ĩspecta qualitate facti & cõditiõe psonæ. Si uero fuerit cõitas puniat' casu p̃dicto in ducẽtis lib. deñ. & eadẽ pœna in quolibet casuũ p̃dictorum puniant' eũtes & accedẽtes ad tales cõuẽticulas & cõgregationes ꝓ eorũ quolibet & uice qualibet et dantes in prædictis auxiliũ consiliũ uel fauorẽ. Et de p̃dcis quilibet possit accusare & denũciare: & hẽat denunciator medietatẽ pœnæ. Et credat' denũciatori uel accusatori cũ duob⁹ testib⁹ bonæ cõditiõis & famæ: & eorũ sacris. Et ptãs cõis phani de p̃dcis solicite inqrere & inuestigare teneat'. Cõuenticulã aũt coadunationẽ seu congregationẽ p̃dictã gẽtiũ itelligimus & intelligi uolum⁹ de decẽ hoibus uel abinde supra. Si uero de minori & ĩ minori nũero hominũ congregatio seu conuenticula facta fuerit tunc in primo casu supradicto pñtis statuti ut supra dictum est capite puniat': & mitius arbitrio potestatis inspecta qualitate facti & psonarꝫ cõditiõe cõgregationẽ & cõuẽticulã ut p̃dicit' faciens: In secundo uero casu media pœna puniat' uel mitius inspecta qualitate facti arbitrio potestatis. Et similiter puniant' ad p̃dcã accedentes & dantes in eis auxilium/consilium uel fauorem: ita tamen q̃

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ПРОФ. ДР. ЛУБОМИР ГЕОРГИЕВ ПОПОВСКИ
ПРОФ. ДР. ЛУБОМИР ГЕОРГИЕВ ПОПОВСКИ
ПРОФ. ДР. ЛУБОМИР ГЕОРГИЕВ ПОПОВСКИ

cōuēticula ſeu guarnimētū uel coadunatio ī aliquo p̄dictoꝝ caſuū non intelligatur ſi nō fuerint in ea ultra tres homines. Et p̄dictū ſtatutū tene atur ptās qlibet ī pricipio ſui officii facer̄ ꝓclamare ſub pœna.x.lib.deñ.

Q uod ptās q ꝓ tēpore fuerit teneat̄ diſcordias & odia quæ ſunt & erunt iter ciues comitatiuos & ſubiectos tollere & ad pacē reducere ne i de maleficia oriant̄. Cap.LXXII.

T pax integra in ciuitate & comitatu Fani conſeruet̄: Statui mus & firmiter ordinam⁹ q̄ ptās Fani teneat̄ & debeat diſcor dias & odia quæ ſunt uel erunt inter ciues comitatiuos & ſub iectos Fani tollere & prædictos odioſos ad pacē faciēdā & tenendā coge re etiā ꝑſonali detentione & facere eos ꝑpetua ſecuritate ſecuros cū bo nis & idoneis fideiuſſorib⁹ & maximis penis & bānis: & cōtradicētes in cōpedibuſ tenere ſi opus fuerit. Et ſi aliquis ſuſpicat⁹ fuerit ab aliquo ci ue uel comitatiuo uel ſubiecto Fani ne offendatur ab eo: teneat̄ ptās uel alter officialis a quo petitum fuerit facere aſſecurari ipſum bonis & ma gnis fideiuſſorib⁹ ſecūdum qualitatem ꝑſonarum. Et ſi pars ſuſpecta p̄ dictā ſecuritatem facere recuſauerit ꝑſonaliter in compedibus detineat̄ donec plene ſatiſdederit cum quattuor fideiuſſorib⁹ ad minus de quat tuor millibus libris deñ. plus uel minus ſecundum qualitatem perſona rum & odii rectorum arbitrio. Et eodem modo cogatur pars ſuſpicans ab aliquo offendi ſi pars ſuſpecta fideiuſſionē ab ea petierit. Et ſi pars ſu ſpecta non comparuerit ꝑſonaliter corā rectore ad faciēdū ſeu dandum p̄dictā ſecuritatē in termino ſibi dato incontinenti poſt elapſum termi num ponatur perpetuo in banno ꝑſonæ & in duabus millibus libris de na. Et pro exbānito & diffidato habeatur: & a quolibet poſſit impune offendi donec comparuerit & ſatiſdederit de prædictis plus uel minus arbitrio rectoris ſecundum qualitatem perſonarum ut dictum eſt. Et ſi poteſtas uel alter rector fuerit negligens perdat de ſuo ſalario libr. quin gentas dena. & applicentur communi. Et hoc capitulum ſit expreſſum & p̄ciſum de quo non poſſit peti abſolutio neq̄ dari.

Q uod poteſtas teneat̄ facere fieri paces inter ciues comitatiuos ſeu diſtrictuales Fani quotiens occurreret fieri aliquam offenſam ſeu ali quod maleficium. Cap.LXXIII.

Candalis & rixis inimiciciis & priuatis diſſenſionibus ex qbus f nō modicū reſpublica lædit̄ obuiare uolētes & paci & tráqlli tati inter ſubditos locus ſit: ut in ipſorū pace & qete reſpublica foueat̄ & qeſcat duximus ſtatuēdum q̄ quotienſcunq̄ occurrerit in ci

mulo seu mula sol.xl. ꝑ quolibet boue:uaccha & iumento soli.xvi. pro quolibet asino siue asina sol.octo.pro porcis masculis seu fœminis non lactantibus sol.octo pro quolibet.pro lactãtibus uero sol. quatuor pro quolibet: pro qualibet capra & hirco sol.x.pro qualibet pecude montone uel castrato sol.duos: ꝑ quolibet pullo.uidelicet gallo:gallina & capone:ansere & anatra sol.duos.& in quolibet casuũ prædictoꝝ si dicta animalia damnũ dederint in dictis uineis a kalendis mẽsis Augusti usq; quo uineæ fuerint uindemiatæ pœnæ prædictæ duplicent̃. pro quolibet uero cane a Kalendis mẽsis Augusti usq; quo uuæ non erũt uindemiatæ sol.xx.& simili pœna puniat̃ quicunq; dictis tẽporibus dimiserit suos canes ire dissolutos sine uncino ad collũ ligato. Si uero in aliis tẽporibus nihil soluant. Et si dicta damna per dicta animalia darent̃ præsente custode ipsorum animalium: Custos prædict⁹ ultra dictas pœnas animaliũ soluat pro bãno sol.quadraginta. Si autem de nocte dicta dãna darentur pœnæ prædictæ duplicent̃ in quolibet casuũ prædictorum & damna semper emendent̃ damnũ passo. Et nõ liceat laboratorib⁹ & cõductoribus possessionũ in quib⁹ sint uineæ: oliuæ & aliæ arbores fructiferæ canneti & uincareti ducere nec retinere in dictis possessionibus aliquas capras uel hircos: nec alias bestias damnosas nisi ligatas & sine licentia domini modo & forma q̃ damnũ inferre non possint. & si cõtrafecerint incidant in dictas pœnas.

Laborator

¶De damnis datis in ortis personaliter & cũ aialibus. Cap.XXVI.

Tatuimus & ordinamus q̃ si quis damnũ dederit personaliter in ortis accipiendo & colligẽdo caules uel alia olera: radices: rapas: carotas: milones: zuchas: citrullos: uel alias res quascunq; quæ in ortis plantant̃ & seminantur uel poma & fructus arborũ plantatarum in dictis ortis incidat in pœnã.xl.sol.deñ: si fuerit de die. Si uero fuerit de nocte pœna prædicta duplicetur & damnũ in duplo emendetur dãnum passo. Si autem damnũ datum fuerit de die in ortis prædictis cum bestiis infrascriptis soluatur pro bãno ut infra cõtinetur uidelicet pro quolibet equo: equa: mulo seu mula sol.xl. ꝑ boue uaccha & iumento sol.xvi.pro quolibet asino siue asina sol.octo.pro quolibet porco masculo seu fœmina non lactantibus soli.octo.pro lactantibus uero quatuor soli. Et intelligantur porci lactantes trium mensium. pro qualibet capra & hirco solidos quatuor.pro qualibet pecude: montone uel castrato sol.duos. ꝑ quolibet pullo.uidelicet gallo: gallina: capone: ansere: & anatra solidos duos. Et si dicta damna per dicta animalia darent̃ p̃ñte custode ipsoꝝ aialiũ custos prædict⁹ ultra dictas ꝑnas aialiũ soluat ꝑ bãno sol.xl. Si autẽ de nocte dicta animalia dãna darent pœnæ prædictæ duplicent̃ in quolibet casuũ prædictoꝝ & damna semp emẽdentur damnũ passo tantũ q̃tum damnũ fuerit æstimatũ.

Lactantes

¶De dãnis datis psonaliter & cũ animalibus in siluis: fractalibus: palearis: oliuetis: cannetis: & uincaretis. Cap.XXVII.

Tatuimus & ordinamus q̃ si quis damnũ dederit personaliter de die uel de nocte in siluis: palearis paleæ & feni: oliuetis: cannetis: & uincaretis: & in fractalibus possessionũ quarũcunq; uidelicet incidẽdo ligna: uincos: cannas: & aliud portãdo & incidendo silueſtria seu fructus oliuaꝝ accipiendo & portando uel accipiendo de lignis & ramis icisis ex dictis oliuis: siluis: & fractalibus catastatis uel non & de uincis: cannis incisis per dños uel eoꝝ familiã possessionũ aut per laboratores possessionũ prædictarũ & eorum familiã. Vel incidendo fractales uel paleas & fenum exportãdo uel destruendo dicta palearia incidat in pœnam quatuor lib.deñ pro quolibet cõtrafaciẽte & qualibet uice & damna emendent̃ dãnũ passis: & de lignis acatastatis uel amontonatis emendet̃ damnũ in duplum. Et si quis fecerit uel exportauerit cãnafoliam de cannetis incidat in pœnam xx.sol.& dãnum emendet. Si autem damnũ datum fuerit de die in dictis locis & in siluis incisis remissis & gettatis intelligendo siluas remissas & gettatas a die quo fuerint incisæ per tres annos: cũ bestiis infrascriptis soluatur pro bãno ut infra cõtinetur uidelicet ꝑ quolibet equo: equa: mulo & mula sol.xx.pro quolibet boue uaccha & iumento sol.octo.pro quolibet asino & asina soli. quatuor.pro quolibet porco masculo seu fœmina non lactãte sol. quatuor.pro lactante uero sol.duos.pro qualibet capra & hirco sol.decem. pro qualibet pecude: montone uel castrato soli.unum. In cannetis uero & uincaretis pœnæ prædictæ duplicent̃. Et si dicta damna per dicta aialia darent̃ p̃ñte custode ipsoꝝ aialiũ custos p̃dictus ultra dcãs pœnas aialiũ soluat ꝑ bãno sol.xl. Si ãt de nocte dcã dãna darẽt̃ pœnæ p̃dictæ duplicent̃ in quolibet casuũ prædictoꝝ & dãna semp emendent̃ damnum passo tantũ q̃tum damnũ fuerit estimatũ.

Silua remissa & gettata intelligatur

¶De dãnis datis psonaliter & cũ aialibus in cãpis: pratis & in seminatis & de spigatoribus & de metẽtibus granũ & bladũ. Cap.XXVIII.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ q̃ si qs psonaliter dãnũ dederit in cãpis pratis & seminatis uidelicet faciẽdo & accipiẽdo herbã de dictis pratis uel fodiẽdo stipulã de dictis cãpis & accipiẽdo & exportãdo de fructib⁹ exñtib⁹ i dcis locis icidat ĩ pœnã.xx.sol. ꝑ quolibet & q̃libet uice & dãnũ em̃det ĩ duplũ. & si qs dãnũ dderit psõalr ĩ possõib⁹

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

ſeminatis intrando & ſuppeditãdo dicta ſemina incidat in pœnam.xx. ſol.pro quolibet & qualibet uice.Et hoc nõ intelligatur de uenatoribus uſq; ad kalẽdas menſis Maii. & a Kalendis menſis Maii uſq;quo blada non erunt meſſa nõ liceat dictis uenatoribus ire per cãpos ſeminatos ullo modo.Et ſi contrafecerint incidãt in pœnã.xl.ſol.ꝓ quolibet & qualibet uice.Et teneat officialis mittere bãnimenta in locis cõſuetis die penultima & ultima menſis Aprilis ꝙ uenatores præcaueãt ne uadant per dictos cãpos ſeminatos uenãdo contra formã præſentis ſtatuti.Et ſi officialis fuerit negligens in nõ mittendo dicta bãnimenta incidat in pœnã xx.ſol.Et ſi quis damnũ dederit perſonaliter & doloſe incidẽdo & metẽdo granum:ordeũ & aliud bladum incidat in pœnã quinquaginta lib. Si autem damnum datum fuerit de die in dictis locis cum beſtiis infra ſcriptis ſoluat pro bãno ut infra continet.uidelicet pro quolibet boue: uacca & iumento ſol.octo. pro quolibet equo:equa:mulo:mula. ſoli. xx.pro quolibet aſino & aſina ſol.quatuor. pro quolibet porco maſculo ſeu fœmina non lactante ſol.x.pro lactantibus uero ſol.quinq; pro qualibet capra & hirco ſol.duos. pro qualibet pecude montone uel caſtrato ſol.unum.Si autẽ de nocte dicta damna darẽtur pœnæ prædictæ duplicentur.Et hoc nõ intelligatur de animalib⁹ paſcuãtibus in ſtipulis & ſaudis & in aliis locis non dãnoſis de qbus ſupra in alio ſtatuto facta eſt mentio:quod ſtatutũ prout iacet obſeruet.Et ſi dicta damna per dicta animalia darentur præſente cuſtode ipſorũ animaliũ cuſtos prædictus ultra dictas pœnas animaliũ ſoluat pro bãno ſoli. quadraginta ſi fuerit de die.Si autẽ de nocte pœna prædicta duplicetur. & nulli liceat abſq; domini licẽtia intrare in campũ & poſſeſſionẽ alterius ad colligendum ſpicas meſſium:donec granum & bladũ meſſium fuerit in totum eleuatum & in metis coadunatũ iuxta aras pœna.xx.ſoli. ꝓ qualibet cõtrafaciente & emendationis damni:Et de licentia data per dominũ ſtetur ſacramento dicti domini.

officialis

spirator

¶De porcis non paſculandis in pratis ullo tempore. Cap.XXIX.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ nullo tpe liceat porcis paſcere in pratis fenatis uel nõ fenatis ſub pœna.x.ſol.ꝓ quolibet porco & q̃libet uice.Et ſi dicti porci foderẽt uel foueas facerẽt in dcis pratis incidãt in pœnã.x.ſol.ꝓ q̃libet fouea & qualibet uice.Et ſi fuerit cuſtos præſens dictus cuſtos incidat in pœnã.xl.ſol.ultra pœnas prædictas & dãna emendent damnũ paſſis. Et ſi dicta dãna darent de nocte pœnæ ꝑdictæ duplicent nõ obſtãte alio ſtatuto ſi foret in cõtrariũ.

¶De damnis datis perſonaliter in geneſtretis:buſchis:ſterpetis: & uitetis. Cap.XXX.

Tatuimus & ordinamus ꝙ nulli liceat pſonaliter damnũ dare in geneſtretis & buſchis exiſtẽtibus in aliis locis q̃ in fractalib⁹ ſterpetis & uittetis uidelicet icidẽdo & exportãdo ſub pœna.xl. ſol.pro quolibet & qualibet uice & in emẽdatione dãni in duplũ. Et ſi fuerit de nocte pœna duplicetur.

¶De iciſiõe arborꝫ domeſticarꝫ fructiferarꝫ & nõ fructiferarꝫ & ab ædificio uel nõ.Et de ramis pendẽtib⁹ ſup poſſeſſiõe cõuicini. Cap.xxxi.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ ſi qs doloſe inciſerit a pedalib⁹ ſeu radicit⁹ extirpauerit arbores oliuarꝫ & aliarꝫ arborꝫ fructiferarꝫ & domeſticarꝫ & quercuũ fructiferarꝫ in locis dõeſticis & nõ exñtib⁹ in ſiluis & nemoribus ſeu fractalib⁹ ſaluaticis:incidat in pœnã.l. lib.ꝓ q̃libet arbore ſic inciſa & extirpata.Si uero ramos groſſos ipãrꝫ arborꝫ iciſerit incidat in pœnã.xx.lib.Si uero fraſchas in lib.x.deñ:& damnũ emẽdet.Et ſi dict⁹ doloſe incidẽs dcas arbores a qnq; arborib⁹ ſupra icideret & pœnã ſoluer nõ poſſet amputet ſibi man⁹ dextra:Et fiat cõdẽnatio & executio de mẽbri abſciſſiõe p ptãtem & ei⁹ curiã.Et ſi qs inciſerit arbores nõ fructiferas in dcis locis dõeſticis & nõ exñtes i ſiluis & nemorib⁹ ſeu fractalib⁹ ſaluaticis aptas ab ædificio uel nõ:incidat in pœnã quatuor lib.ꝓ q̃libet & i emẽdatiõe dãni.Itẽ ſtatuim⁹ ꝙ quotiẽſcũq; qs habuerit arbores fructiferas & ifructiferas ſeu uites & alias plãtas iuxta poſſeſſiões & domos uicini ſui uel contiguas poſſeſſioni & domui dicti uicini q̃ pẽderẽt in aere ſupra poſſeſſionẽ uel domũ dicti cõuicini & ipedirẽt poſſeſſionẽ & domũ uicini ꝑdci:liceat dcõ cõuicino ſtãti in ſua ꝓpria poſſeſſiõe & domo incidere ramos dcarꝫ arborꝫ & uitiũ uel ipſarꝫ fruct⁹ colligẽ tm̃ q̃tũ ſupſtãt & pẽdẽt ſupra poſſeſſionẽ & domũ dci cõuicini abſq; pœna & bãno.Et null⁹ de hoc poſſit accuſari nec denũciari.& ſi accãret:uel denũciaret dcã accuſatio uel dnũciatio ñ ualeat.

¶De trãſeuntibus per poſſeſſiones perſonaliter & cũ beſtiis & ſuarcantibus ſæpes & replentibus foſſatos. Cap.XXXII.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ nulli liceat intrare & trãſire p poſſeſſionẽ nõ ſemiatã alteri⁹ cũ beſtiis a ſalma:nec cũ currub⁹ & birociis uel aliis ſimilib⁹ iſtrumẽtis ſine licẽtia dñi poſſeſſiõis pœna & bãno.xx.ſol.ꝓ quolibet & q̃libet uice & dãnũ ſi qd fecerit emẽdet:& credat de licẽtia tũ ſacro dñi illã cõcedẽtis.Si uero p ſemiatã ſeu pratiuã pœnã icurrat i ſtatutis cõtentã.Et ſi qs fregerit iciſerit uel deuaſtauerit pſonaliter uel cum beſtiis ſæpes & ſeramina dictarum poſſeſſionum ſeu

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНТУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

alamauerit uel repleuerit fossatos ipsarū possessionū in totū uel in partem puniatur in sol.xl.pro qualibet uice & in emēdatione damni.

¶De dānis datis tēpore guerræ. Cap.XXXIII.

Tatuimus & ordinamus q̄ si tēpore guerræ existentis inter cōe Fani & alias personas & uniuersitates damnū aliquod dari cōtigerit cū animalib⁹ in possessionibus alienis: dānificantes tenentur solūmodo ad emendationē damnorū & medietatē pœnæ eius ad quā tenerent̄ de dānis alio tēpore datis & nō ad aliā pœnā q̄ dāni emēdationē teneant̄ facere infra octo dies. Alias elapsis dictis octo diebus si damnū prædictū non emēdauerint infra dictos octo dies teneant̄ damnum prædictū in duplū emēdare damnū passis. Et officialis prædictus damnorū datorū qui fuerit negligens in nō faciendo emendare dicta dāna in dicto termino cadat in pœnā cētū sol. pro qualibet uice. Et si postmissa bānimenta per rectores & officiales ciuitatis Fani & eius comitatus q̄ homines se reducāt cū ære & persona ad ciuitatē & ad loca alia secura comitatus: aliqui homines in uillis & tumbis & aliis possessionib⁹ existētes se nō reduxerint & inobediētes fuerint ad se reducendū: & dāna aliqua darent̄ in possessionib⁹ & cōtratis atq̄ uillis in q̄bus dicti homines remansissent uel in locis ꝓpinquis & distantibus per unū miliare ab illis cōtratis uillis atq̄ locis in q̄bus dicti hnmines remāserint & dictorum damnorū malefactores nō reperirent̄: tunc & eo casu homines prædicti remanētes teneant̄ ad pœnā dictorū damnorū & ad emendationem ipsorū ac si guerra non esset.

officialis

¶Quod omnes ciues & districtuales Fani possint accusare damna dātes in possessionibus sitis extra territoriū Fani in quibuscunq̄ territoriis & iurisditionibus essent. Cap.XXXIIII.

Tatuimus & ordinamus q̄ omnes & singulæ personæ de ciuitate uel districtu Fani habētes possessiones aliquas extra districtum Fani in quibuscūq̄ territoriis & iurisditionib⁹ essent positæ uel situatæ possint & eis liceat omnes & singulas p̄sonas undecūq̄ dāna in ipsis possessionib⁹ inferētes uel dantes cū personis uel animalibus denūciare & accusare corā officiale damnorū datorū cōis Fani. Et in omnibus procedat̄ & fiat in prædictis ac si tales possessiones sitæ forent in territorio Fani auctoritate præsentis statuti. Et q̄ pro dānis prædictis possit executio fieri contra dāna dantes etiā si fuerint forenses & alteri⁹ territorii & districtuales tam in p̄sona si in ciuitate uel districtu Fani reperti fuerint q̄ etiam in rebus eorum quæ forent in territorio communis Fani.

¶De pœna gualdariorū & custodū dāna dantiū. Cap.XXXV.

Tatuimus & ordinam⁹ q̄ si quis gualdarius seu custos deputatus custodiæ damnorū datorū dānum dederit in aliqua possessione ciuitatis uel comitatus Fani puniat̄ ac etiā ad emendationem damni condemnet̄ in duplū eius quod & in quo quiuis ali⁹ damnum dans secundū formā statutorū puniret̄ & damnū passo emendare cōpelleretur. Et de prædictis quilibet possit accusare & denunciare & credatur denunciāti & accusanti cū uno teste bonæ opinionis & famæ qui ab uno anno citra per dictum gualdariū seu custodē de damno dato accusatus non fuerit.

¶De animalib⁹ laboratorū possessionū & dn̄orū ipsarū possessionū nō denunciandis accusandis nec per inuentiones scribēdis. Cap.xxxvi.

Tatuimus & ordinamus q̄ quilibet laborator alterius possit tenere animalia sua in possessione quā colit ipsa tenēdo ligata & nō aliter ut in alio statuto facta ē mētio: nec possit accusari uel contra eū procedi quoquo modo sic tenēdo ligata. Et similiter nō possit officialis ꝓcedere cōtra dn̄um possessionis quoquomodo ꝓ aīalibus ꝓpriis ipius dn̄i inuētis in ꝓpria possessione & dātibus uel nō dantib⁹ damnū. Nec pro cancellatiōe officialis damnorū datorū uel eius notari⁹ aliquid recipe possit pro suo labore uel officii causa.

¶De modo ꝓcedendi in casib⁹ nō determinatis. Cap.xxxvii.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ q̄ officialis dānorū datorū in casibus nō determinatis p p̄ñtia statuta ꝓcedat de similib⁹ ad similia adaptādo casus occurrentes indeterminatos casibus determinatis prout melius adaptari poterūt.

¶De pignoribus accipiendis pro damnis datis. Cap.xxxviii.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ q̄ oia & singula pignora quæ pro dānis datis accipi cōtigerit de mādato officialis dānorū datorū deponant̄ penes massarolū pignorū p cōe deputatū & referri debeant p plazariū q pignorauerit officiali seu notario dānorū datorū: q quidē officialis seu notari⁹ scribere teneat̄ apud acta sua relationē dcī nuncii pignorātis scribēdo cui pign⁹ acceptū fuerit & ad cuius petitionē: q̄ de causa seu occasione & ꝓ quāta quātitate pign⁹ acceptū fuerit & qūo illud apud dictū massarolū deposuit & sibi cōsignauit. Quā quidē relationē plazarius ipso die pignoratiōis factæ uel sequēti facere teneatur sub pœna.x.soli.uice q̄libet qua contrafactū fuerit. Et oia & singula pignora ꝓ pœnis dānorū datorū & ꝓ emēdatiōe dcōrū dānorū accepta fcā æstimatiōe dāni p gualdarios uel æstimatores deputatos secūdū formā

HAYNOSA BIBLIOTEKA
ЛИЧНИ ИМЕНИК ЛИЧНИКОВА

ſtatutorꝫ Fani ſubpignorent' ſeu uendant' pro pœna & ꝑ emẽdatione dicti dãni & expenſis: & de eorꝫ ꝓcio det' damnũ paſſo ꝑ emẽdatiõe integra ſui dãni abſq; alia reqſitione faciẽda de dãno dante. Quæ quidẽ uẽditio ſeu ſubpignoratio quæ fieri cõtigerit de dictis pignorib⁹ ſcribatur in actis per ipſum officialẽ ſeu ei⁹ notariũ ſcribẽdo diẽ uenditionis ſeu ſubpignoratiõis factæ: quãtitatẽ ꝑ qua & nomẽ eius cui uẽdita uel pignorata fuerit. Et nomẽ eius ad cui⁹ petitionẽ & ꝑ quo uendita ſeu pignorata fuerint. Et ſi pignora ipſa pluri precio uẽdita fuerint q̃ fuerit pœna & æſtimatio dãni: reſiduũ deponi debeat penes maſſarolum prædctũ & reſtitui ei a quo pignora fuerint accepta: & de quãtitate uẽditionis ſeu ſubpignoratiõis dictorꝫ pignorꝫ ſtari debeat ꝑ ſcripturã dicti officialis uel eius notarii: & ſimiliter de reſtitutiõe dicti reſidui ualoris pignorũ & prædictorꝫ pignorꝫ uenditorꝫ. Si autẽ pignora accepta ſufficiẽtia non forẽt pro dãni emẽdatione & expẽſis iterũ damnũ dans pignoretur & pignorari poſſit ac etiã detineri & detineat' donec damnũ fuerit emendatũ & de dãno & expẽſis damnũ paſſo fuerit ſatiſfactũ. Et dictus officialis pignorãs & plazarius pro eorũ mercede habeãt de pignorationibus id quod ifra taxatum eſt uidelicet officialis a quinq; libris infra bononinũ unũ: & plazarius bononinũ mediũ: a quinq; libris ſupra q̃tacunq; fuerit quãtitas officialis habeat bonoñ. duos & plazarius medium bonoñ. tantũ ubicunq; pignora fieri cõtigerit ſiue in ciuitate ſiue in comitatu: & ſi ultra quid receperint etiã a ſpõte dãtib⁹ incidãt in pœnam quinq; lib. pro qualibet uice.

25 officialis pignorans & ſtan.

¶ De tempore expeditionis quæſtionũ damnorꝫ datorꝫ Cap. xxxix.

Tatuimus & ordinamus q̃ teneatur & debeat officialis damnorum datorũ omnes accuſas & denuncias & inuẽtiones damnorum datorꝫ expediuiſſe infra. xv. dies numerandos a die accuſationis uel denunciæ & inuentionis factæ die ipſa minime computata: ſi accuſatus uel denunciatus ad ſe excuſandũ non cõparuerit. Si uero ad defenſam cõparuerit teneatur expediuiſſe infra menſem in abſoluendo uel condẽnando ſub pœna dicto officiali decẽ lib. deñ: uice qualibet. Proceſſus autem incohatos per præceſſorem officialis ſucceſſor expedire teneatur infra decem dies ubi nulla fit defenſio: ubi uero accuſatus: denunciatus uel inuentus ad ſe defendendum comparuerit infra uiginti dies incohandos poſt introitum ſucceſſoris niſi de tempore inſtantiæ magis eſſet. Quo caſu infra tempus prædictum inſtantiæ expedire teneatur.

¶ De iniuſte inuẽtis accuſatis uel denũciatis q̃ cancellent' libere eorũ ꝑceſſus. Cap. XL.

Tatuim⁹ & ordiam⁹ q̃ quotiẽſcũq; qſ fuerit denũciat⁹ ꝑ offãlẽ uel iqſit⁹ ꝑ offm̃ uel iuẽt⁹ ꝑ offãlẽ & apparuerit ipſũ nõ fuiſſe culpabilẽ & ipm nõ iuſte denũciatũ uel iqſitũ: nec de iuẽtiõe iuſte ꝑceſſum cãcellet' ꝑceſſus & iqſitio denũciatio & iuẽtio: ꝑ qua cãcellatiõe nil accipiat officialis uel ei⁹ notari⁹ dãnorꝫ da. Sed ſi fuerit accuſat⁹ & apparuerit iniuſte accuſatũ tũc ſoluat accuſans oẽ id quod accuſat⁹ ꝑ cancellatione ſoluere debuiſſet ſi accuſatio iuſta fuiſſet.

¶ De prohibita accuſatiõis denũciatiõis ſeu inuentiõis cancellatiõe priuſq̃ dãnũ illud paſſo fuerit emendatũ. Cap. XLI.

Tatuim⁹ & ordiam⁹ q̃ nulla denũcia uel accuſa ſeu iuẽtio cancellet' ꝑ offãlẽ dãnorꝫ datorꝫ uel ei⁹ notariũ: niſi dño dãnũ paſſo ꝑ dictũ accuſatũ iuẽtũ ſeu denũciatũ ĩtegre ſatiſfactum fuerit ſub pœna. x. lib. ꝑ qualibet uice & emendatiõis dãni.

¶ Quõ cãcellari debeãt accuſæ ꝑceſſus & cõdẽnatiões ĩ dãnis datis. Cap. XLII.

Tatuim⁹ & ordiam⁹ q̃ quotiẽſcũq; cãcellaret' ꝑ offãlẽ & notariũ dãnorꝫ dat. aliq̃ accuſa/Inqſitio: iuẽtio: uel denunciatio ſeu cõdẽnatio ĩ dãnis datis ĩ caſib⁹ pmiſſis a ſtatutis teneat' dict⁹ officialis & notari⁹ ſcriber' cãcellatiõis cãs: tp̃s & locũ & cui⁹ mãdato: & nõ ſimplr' cãcellar' cũ pẽna ſicut aliq ſoliti ſt' facer' inaduertẽter & iprouiſe: pœna cẽtũ. ſolid. d ſalario dcõrꝫ offãlis & notarii retinẽdorꝫ ꝑ quolibet & qualibet uice qua fuerit contrafactum.

¶ De aĩalibus ſine cuſtodia repertis & de uulnerantibus & interficientibus ipſa aĩalia. Cap. XLIII.

Tatuim⁹ & ordiam⁹ q̃ quotiẽſcũq; repirent' aliq̃ aĩalia dãnum dar' ĩ poſſõnib⁹ alienis ꝑterq̃ ĩ ſtipulis & ſaudis & aliis locis ab alio ſtatuto ſupiori excæptis: & dcã aĩalia ſic dãnũ dãtia eẽnt ſine cuſtodia: Liceat dñis & laboratorib⁹ dcãrꝫ poſſõnũ & cuilibet de eorũ familia & offãli dãnorꝫ dat. & gualdariis dcã aĩalia cacciar' & expeller' de dictis poſſõnib⁹ & remenare & pñtare offãli dãnorꝫ dat. Qui offãlis illa aĩalia ĩ hoſpitio uel ĩ alio loco penes quẽ placuerit offãli recõmẽdet & areſtet & nõ liberet ipa aĩalia donec dãnũ fuerit ĩtegre emẽdatũ & pœna ſoluta. Et ſi cõtingeret q̃ i cacciãdo & recõducẽdo & areſtãdo aliqd' dictorꝫ aĩaliũ piret/uulneraret' uel in aliquo dãnificaret' dãnũ ſit ipſius aĩalis & dñi eiuſdẽ aĩalis. & uulnerãs & ĩterficiẽs hmõi ad nullã pœnã ac bãnũ teneat' nec ad aliq̃ emẽdationẽ ipſi⁹ aĩalis: excæptis bob⁹ laboratorib⁹: eqs & equab⁹: mulis: ſomeriis: porcis & pecudib⁹ & aliis aĩalib⁹

Note q. fuit reformatu q. ſolpitiis no licet accipe ꝑ bob ultra q. bonon — 1 ors & mulis ultra duos bonon ꝑ ann. vnu n dio — ꝑ ghbd die nõ. n3 24. bonorꝫ ſub pœna 20. ſol. ꝑ ghbd — whafiere, vide reformationem T.L. — reformationu nonn. gregory aft 34 sub die 25 July 1488

HAYKOВА БІБЛІОТЕКА
Property of the Library of Hayk
Property of the Library of Hayk

domesticis. Et quæ aialia p̃dcã excæptuata retinent̃ ĩ domo. Q uæ qdẽ aialia ut ſupra excæptuata nullus attẽtet nec p̃ſumat quoquo mõ uulnerare nec interficere pœna cẽtũ ſolid. pro quolibet animali & emẽdatione aialis interfecti uel uulnerati in duplum arbitrio officialis.

¶ De allegantibus habuiſſe licentiam. Cap. XLIIII.

Tatuim⁹ & ordiamus ꝙ ſi qs fuerit accuſat⁹: iq̃ſitus uel denunciatus ſeu iuẽtus p officialẽ de aliquo dãno dato & dixerit ſe habuiſſe licẽtia a dño dãnũ paſſo nõ audiat̃ nec ei p̃ſit dcã excuſatio niſi d dcã licẽtia fiat fides dcõ offãli p ſacrm dñi uel p alias p̃batões.

¶ De panteriis. Cap. XLV.

Tatuimus & ordinam⁹ ꝙ qcũq; dãnũ daret p̃ſonaliter in pãteris ab anatib⁹: uidelicet deuaſtãdo capãnas & domos: ſepes incidẽdo uel rũpẽdo retia frãgẽdo & laniãdo & alia artificia amouẽdo uel deſtruẽdo: foueas replẽdo & aquas extrahẽdo: anates domeſticas uel ſaluaticas capiẽdo extrahẽdo uel interficiẽdo uel fetorẽ in dictis panteris p̃iiciẽdo uel expauendo & ſpauẽtãdo anates & alias aues a dcis panteris incidat in pœnã. xl. lib. p̃ quolibet cõtrafaciẽte & q̃libet uice & in emẽdatiõe dãni ĩ duplũ. Et nõ liceat alicui fraudulẽter cũ p̃ſonis uel animalib⁹ ſe appropinquare dictis pãteriis tp̃ib⁹ qb⁹ augellat̃ in ipſis p̃ ſpaciũ qnquaginta cãnarũ ſeu p̃ticarũ mẽſuræ. xii. pedũ p̃ qualibet cãna pœna qnq; ſolidorũ p̃ q̃libet p̃ſona & quolibet aiali cõtrafaciẽte. Et hoc nõ intelligat̃ in illis q̃ hũt poſſeſſiões ſuas p̃pe pãteras q̃ irent ad laborãdũ & ſerendũ dcãs poſſeſſiões tp̃ibus debitis cũ p̃ſonis uel aialib⁹ honeſte tñ: nec in illis q̃ irẽt & redirent p̃ ſtratas publicas p̃pe dcãs pãteras exiſtẽtes: honeſte tñ p̃cedẽtes nec in illis p̃ſonis quæ ignorãter accederẽt nesciẽtes de ſitu dcãrũ pãterarũ. Statuim⁹ ẽt & ordinam⁹ ꝙ nullus cõſtruat̃ nec edificare poſſit nouã pãterã niſi diſtãtẽ ab aliis cõuicinis pãteris quæ augellarent̃ a. xv. ãnis citra p cẽtũ p̃ticas. Et ſi qs cõtrafecerit incidat ĩ pœnã decẽ lib. deñ. & ad ĩmouẽdũ & deſtruẽdũ dictã pãterã totiẽs quotiẽs fuerit cõtrafactũ. & qcũq; fecerit nouã panterã diſtantẽ ab aliis ut ſupra non poſſit accipe aquã eiuſdẽ fluminis uel riui donec aliæ panteræ prio res habebũt eorũ ſufficiẽtiã aquæ p̃dictæ. Et hoc intelligat̃ ſi & q̃uantũ dictũ flumẽ ſeu riuus nõ hẽret aquã ſufficiẽtẽ ac neceſſariã p̃ oib⁹ dictis pãteris. Et q cõtrafecerit ĩcidat in pœnã decẽ lib. & dãnorũ & itereẽ ei cuius intererit. et qcũq; ĩcideret arbores & fractas lagorũ & ſouearũ dictarũ pãterarũ ĩcidat ĩ pœnã. x. lib. p̃ qualibet uice & dãnorũ & intereſſe dãni paſſi: dãnificãtes uero & ĩpediẽtes alias panteras adiſchos & ab aliis auibus in ſimilib⁹ caſibus p̃tinẽtibus ad dictas panteras & adiſchos incidãt

in pœnam decem librarum & damnorum & intereſſe damni paſſi.

¶ De rumpẽtibus conductum fontis & uallatũ cõis. Cap. XLVI.

Tatuimus & ordinamus ꝙ nullus cuiuſcũq; conditiõis exiſtat audeat uel p̃ſumat aliquo quæſito colore rũpe: nec ĩ aliqua ſui pte deſtruere cõductũ ſeu aquæ ductũ fõtis cõis Fani ſitũ p̃ ſtratã q̃ itur ad ſãctũ paternianũ: nec fodẽ dictũ cõductũ: nec aquã d dicto cõductu tollere nec deriuare p̃ faciendo ipſã aquã labi ad alia loca q̃ ad dictum fontem ſub pœna. xl. lib. deñ. pro quolibet contrafaciente & q̃libet uice. Et nihilominus ad reducendum in priſtinũ ſtatũ totũ id qd̃ deuaſtauerit & amouerit oĩbus ſuis ſumptibus & expenſis teneat̃: & cõpellat̃. & qũ contrafaciens ſeu malefactor nõ reperiret̃ p̃ſumat̃ malefactorem eſſe illum in cui⁹ & per cui⁹ poſſeſſionẽ p̃priam uel conductam aqua dicti conductus laberet̃ & ĩmiſſa eẽt. & quilibet tam gualdarii q̃ alii poſſint accuſare & denũciare & credat̃ eis cum eorum ſacro & uno teſte bonæ opinionis & famæ. Et habeat accuſator quartã partẽ pœnæ p̃dictæ & aliam quartã partẽ habeat officialis dãnorũ datorũ: q executionẽ realẽ fecerit de p̃dcis. & ſi eam facere nõ poſſet realiter: faciat in perſonam delinquẽtẽ ipſum carcerando & in carceribus tenẽdo donec ſoluerit dictã pœnã & rẽ in priſtinũ ſtatum reduxerit diligenter ſuis ſumptibus & expenſis ut ſupra dictum ẽ: uolumus inſuper ꝙ nullus audeat lauare in fontib⁹: conductu & pozettis pãnos: olera herbagia ſiue rẽ aliq̃ faciẽtẽ limaturã ſub pœna bonoñ. xxx. Et officialis ipe circa p̃dicta habeat bonã diligentem & ſolertẽ curam ne dictus conductus deſtruat̃ & ne p̃dcã cõmittant̃. & ſi in hoc fuerit negligens & remiſſus perdat d ſuo ſalario lib. quinq; p̃ qualibet uice qua in p̃dictis fuerit ſic negligens & remiſſus. Et teneat̃ officialis p̃dictus dãnorũ datorũ in principio ſui officii Et poſtea ſingulis tribus menſibus dicti ſui officii mittere bannimenta circa obſeruationẽ p̃ũtis ſtatuti ꝙ oẽs p̃caueant ne p̃dicta cõmittant̃ ſub dicta pœna & ſiq̃ ſ p̃dicta cõmiſiſſet in p̃teritum ante publicationẽ præſentis ſtatuti debeat infra octo dies bene & diligenter aptare & in priſtinum ſtatum reducere dictum aquæductum in parte & partibus deſtructis & dãnificatis ſuis ſumptibus & expenſis ſub dicta pœna. Et dicta bãnimenta in actis ſuis notare faciat p̃ efficaciori obſeruantia dicti ſtatuti. Et officialis ipſe in p̃dictis deficiens incidat in dictam pœnã quinq; libr. de ſuo ſalario ſibi auferendam: & nemini concedat ipſe officialis licentiam rumpendi dictum conductum & aquam ipſius tollendi ac deriuãdi ſub dicta pœna ſtatim de ſuo ſalario auferenda ut ſupra dictum eſt. Poſſint tamen homines pro eorum neceſſitatibus accipere de aqua dicti

Nota officialis

HAYKOBA ЕЛЕНА ИВАНОВНА
Фонды имени Н.И. МЕДНИКОВА

conductus.ſ.de brinio & de pozettis diſcoptis cũ barilib⁹/urceis & aliis uaſis:abſq; pœna & bãno aliquo.& pñs ſtatutũ & oia & ſingula in ipſo cõtẽta militet & habeat locũ & obſeruet in omnibus & per oia cõtra illos q accipiũt aquã de uallato uel illud rũpunt aliquo mõ:uolumus tñ q officialis dãnorũ datorum tempore quo molendina exiſtentia i dicto uallato nõ macinãt æſtiuo tempore poſſit pro arbitrio ſuo cõcedere licẽtiã hortulanis accipiẽdi aquã dicti uallati honeſto tñ modo/& ſine dãno dicti uallati.

¶De amygdalis non factis & imaturis nõ colligendis Nec exportandis cauſa uendendi. Cap.XLVII.

Vm amygdalarum arbores ſint quãplurimum delectabiles & ipſarum matura nuclea optima ſint & naturæ humanæ conferant,pficua nutrimenta & imatura & nõ facta & ante tẽpuſ collecta ſint inutilia comedentibus & malos humores generare noſcantur præſenti ſtatuto ſancimus q; nullus audeat nec preſumat de ſuis nec alienis amygdalarũ arboribus amygdalas non factas colligere nec aſportar cauſa in platea magna cõis Fani uel in aliis locis dictæ ciuitatis:eiuſq; comitatus & diſtrictus uendendi uel extra dictã ciuitatem comitatum uel diſtrictum portandi ad uendendũ ſub pœna cuilibet contrafacienti.xl. ſolid.deñ.& qualibet uice qua fuerit contrafactum.Et teneatur officialis damnorum datorum & gualdarii in prædictis diligenter & attenta cura inquirere & inueſtigare ac repertos culpabiles,punire ſecundum formã dicti ſtatuti.

¶De uólẽtibus facere prata. Cap.XLVIII.

Tatuimus & ordinamus q uolẽtes de terris ſuis facer prata primo & ante omnia compareant coram officiale dãnorũ datorũ & petant licentiam ab eo:qua obtenta cum ſacramento per dictum officialem dando uolentibus facere prata / qualiter nulla alia de cauſa petunt dictam licentiam niſi ſolũmodo pro faciendo pratum & pro prato manutenere tribus annis continuis adminus & ſic penitus obligentur & ipſo facto obligati eſſe intelligantur ex forma præſentis ſtatuti Teneantur & debeant dictas terras pro pratis faciendis cũ cannis & crucibus ſignare & pro pratis bãniri facere ex parte dicti officialis.Q ui officialis teneatur dicta bãna cõmittere & obſeruari facere & i ſuis libris notare dcã bãnimenta & prata prædcã/ inquibus ſi quis poſtmodũ dãnum dederit perſonaliter uel cum beſtiis obſeruet forma ſtatuti poſiti ſub rubrica de dãnis datis pſonaliter & cũ aialib⁹ in cãpis pratis & in ſeminatis & de ſpigatoribuſ:& q̃primũ prata fuerint ſemel ſeca-

ta illo anno non poſſint amplius cuſtodiri neq; banniri.

¶De pœna animaliũ quadrupedũ intrantium morãtiũ & paſcuantiũ i foueis & ripis ciuitatis Fani.Et de ortis i ipſis nõ faciẽdis. Ca.XLIX.

D diuturnã riparũ & fouearũ circuitus murorũ & portarũ ciuitatis Fani cõſeruationem & manutentionẽ opportunã: ſtatuim⁹ & firmiter ordinamus q; nullo tẽpore liceat animalibus infraſcriptis intrare ſtare nec paſcuare in foueis & ripis circuitus murorũ & portarũ ciuitatis pfatæ pœna & bãno infraſcriptis: uidelicet ,p quolibet equo & equa mulo ſeu mula boue/uacha/iumẽto/aſino ſiue aſina/ porco maſculo ſeu fœmina ſoli.xx.pro quolibet lactante aialiũ pdictorũ ſolidos decẽ.Et ,p qualibet capra/hirco/pecude/mõtone uel caſtrato ſolidos.x.Et hoc ſi fuerit de die.Si uero de nocte pœnæ pdictæ duplicent: Et ſi dicta aialia itrarent ſtarent & paſcerent ut ſupra pñte & patiente domino uel cuſtode ipſorũ dñs pdictus uel cuſtos ultra dictas pœnas aialium ſoluat,p bãno ſolid.xl.Si uero aialia pdcã ex fuga uel trãſcurſu itrarẽt in dcãs foueas & ripas p modicũ ſpaciũ in ipſis pmãſura tũc & eo caſu ad pœnã ullã nullaten⁹ teneãt.Et ſi qs pſonaliter itrauerit & iuerit p dictas foueaſ & ripas ſine officialis dãnorũ datorũ licentia puniat i ſoli. xx.deñ.,p quolibet & uice qualibet qua fuerit cõtrafactũ de die:& d nocte pœnæ pdictæ duplicent.Itẽ q; nullus comeſtabilis nec cuſtos portarũ pdictarũ nec alia aliqua pſona cuiuſcũq; cõditionis exiſtat audeat uel pſumat facere ortos/ſerere uel plantare nec aliquid rurale opari in dcis foueis & ripis pœna.x.lib.deñ.pro quolibet & qualibet uice qua fuerit contrafactum:& officialis qui fuerit negligẽs in prædictis in duplũ dictarum pœnarum puniatur.

¶Q uod officialis dãnorũ datorũ Fani teneat exigere & executionem facere de oibus cõdẽnationibus dãnorum datorũ. Cap.L.

T pecuniæ cõdẽnationum damnorum datorum debitæ deueniãt in cõmune & ex eis neceſſitatibus cõmuni urgentibus poſſit ſubueniri:Statuimus & ordinam⁹ q; officialis damnorum datorum Fani qui pro tẽpore fuerit teneatur & debeat cũ effectu exigere & in cõi ſolui facere oẽs & ſingulas condẽnationes dãnorũ datorũ per ſuos pceſſores fcãs iſra ſpaciũ duorũ primorũ mẽſiũ ſui itroit⁹ & i duob⁹ ultimis mẽſib⁹ ſex mẽſiũ ſui officii oẽs & ſingulas condẽnatiões q̃tuor priorũ mẽſiũ dicti ſui officii oium & ſingulorũ cõdẽnatorũ de dãno dato cõtra quorũ pſonas res & bõa habiliter fieri poſſet executio effectualis & cõtra fideiuſſores indefectũ pricipaliũ ſi fideiuſſores dari contigerit.

HAYKOBY BIBLIOTEKA CYFROWA
ЭЛЕКТРОННАЯ БИБЛИОТЕКА ИМЕНИ Г.М. ПОЛЕНИКОВА

Et si aduenerit ipsum officialem dãnorum datorum refirmari teneatur infra tempus suæ refirmæ exegisse & solui fecisse oẽs & singulas cõdem natiões pecuniarias p̃dictorum dãnorum datorum totius temporis sui officii. Exceptis ultimis duobus mensibus totius tẽporis antedicti: p q̃bus ultimis duobus mensibus eius successor teneatur sub pœna cuilibet officiali dãnorum datorũ cõtrafacienti uel in p̃dictis negligenti decẽ libra. deñ. cõi Fani de facto soluend. Et nihilominus cõi Fani teneat̃ soluere oẽs & singulas cõdẽnatiões in quaꝝ executiõe negligẽs fuerit & remissus quæ eidem tempore syndicatus de suo salario debeant retineri. Et si salarium non sufficeret de proprio teneatur sub pœna syndicatoribus q̃ in prædictis fuerint negligentes decem lib. pro quolibet. Et satisfactum intelligatur quo ad prædicta: si officialis ipse soluere debentes p sonaliter seu realiter fecerit aggrauari: & soluere debentem detineri seu detentum in carceribus recõmitti seu pignora capta dicta occasione ad quantitatem exoluendam sufficientia depositario cõis Fani seu alteri ad hoc deputato fecerit assignari. Et officialis ipse occasione prædicta tam principales q̃ eorum fideiussores grauare debeat donec cõmuni fuerit integre satisfactum ut supra dictum est. Et ut officialis ipse in prædictis sit magis solicitus habeat & habere debeat dena. sex pro qualibet libra cuiꝰ libet condẽnationis factæ per eius præcessorem quã in cõmune realiter & cum effectu fecerit deuenire. Et quando contingeret prædictum officialem ire extra per comitatum & districtum Fani ad dictas condemnationes & executiones faciendas habeat & habere debeat pro persona sua tantũ & pro equo & famulo & pro expensis condemnatorum illorũ cõtra quos erit expediens executionem fieri in dicto comitatu & districtu bonoñ. sex in die. Et si pernoctauerit bonoñ. xiii. non pernoctando bonoñ. sex. Pro executione autem condemnationum factarum tempore suo nihil recipere possit nec habere: & insuper uolumus q̃ omnia statuta quæ dictis officialibus damnorum datorum dant quartam partẽ reducantur & reducta intelligantur ad sextam partem pœnarum prædictarum: excepto statuto de bobus & iumentis non dimittendis ire dissolutis &c. quod remaneat ĩ suo robore: Volumus tamen q̃ ĩ omnibus prædictis statutis damnorum datorum quotienscunq̃ occurreret aliquis casus qui uideretur multum rigorosus & extremus stetur & stari debeat ĩ decisionibus dicti casus occurrẽtis arbitrio & iudicio Magnificorũ dominorum Priorum q̃ tempore existentium.

Incipit liber Q uintus extraordinariorum.

De plazariis & nunciis cõis Fani & eorum officio. Cap. I.

Tatuimꝰ & ordinamus q̃ plazarii & nuncii cõis Fani cũ salario eis a cãmera deputato more solito: & pro numero necessario habeant̃ & in comitatu per uniuersitates castroꝝ sicut est cõsuetũ inter ipsas uniuersitates eligant̃ & deputent̃. qui in principio eoꝝ officii teneant̃ & debeãt iurare de bñ & legaliter seruire & eoꝝ officiũ exercere: & pignora p eos accepta cõsignare secũdũ formã statutoꝝ de q̃ bus oibus cõstet manu cãcellarii cõis Fani. Et teneãt̃ & debeãt dicti plazarii omnes & singulas citationes: cõmissiones & pignoratiões ipsis cõmissas facere & eas referre & pignora p eos accepta massarolo dicti cõis cõsignare secũdũ formã statutoꝝ Fani sub pœna. xx. sol. p quolibet pignore nõ cõsignato: & nõ possit plazariꝰ & nũcius aliquod pignꝰ p ipsum acceptũ retinere apud se sub pœna p̃dicta: neq̃ possint ab aliqua p̃sona recipe aliqd ultra q̃ sit eis taxatũ & pmissum ut infra. Et exeq̃ teneant̃ cũ effectu oẽs pignoratiões eis cõmissas p unico salario & mercede dũtaxat ẽt si sæpiꝰ ad id accedere cõtigerit. Ad quod faciendũ cõpellant̃ de facto per ptãtem & eius officiales qũ erit pro factis cõis. Et quãdo p̃ specialibus personis ad requisitionẽ cuiuscũq̃ petẽtis & pignorationes prædictas fecisse exeq̃ debeãt p̃ cõi prout in statuto de officio massaroli dictũ est. Et quãdo p̃ spãlibus personis si fuerit in ciuitate infra duos dies: & in comitatu & districtu infra quinq̃ sub pœna. xx. sol. cuilibet nũcio cõtrafacienti applicanda pro dimidia cõi Fani: & pro alia dimidia p̃sonæ læsæ illico & de facto persoluẽda. Et de pignoribus pro factis cõis per ipsos acceptis & massarolo cõsignatis & in eoꝝ uachettis descriptis: nuncii ipsi minime teneant̃. Sed teneant̃ & obligati sint de & p̃ pignoribus p eos acceptis q̃ ut supra cõsignata nõ apparuerit: & de acceptione pignoꝝ fcã p nũcios singularibꝰ p̃sonis de pignore accepto & eiꝰ ualore usq̃ ad q̃itatẽ. x. sol. stet̃ sacramẽto illius cui pignus acceptũ fuerit & abinde supra stet̃ sacramẽto ipsiꝰ cui dictũ pignus acceptũ fuerit cũ eiꝰ sacramẽto & uno teste fidedigno. Et teneant̃ dicti plazarii durãte eorũ officio portare caputeũ seu biretum rubeũ cũ armis desup cõis Fani ut ab aliis discernant̃. sub pœna. xx. soli. pro quolibet cõtrafaciẽte & q̃libet uice. Et teneant̃ insup dicti plazarii & nuncii bona fide & solicite facere oẽs ambasiatas: citatiões & executiões faciẽdas per eos & eis uel eorum

HAYKOBA BIBLIOTEKA
Copy imeni I. I. MECHNIKOVA

alteri ipositas uel cõmissas a dñis rectorib⁹ cõis Fani: uel eorꝫ iudicibus & officialib⁹ iurisditionẽ habẽtibus p ciuitatẽ comitatũ & districtũ Fani tã ꝓ cõi q̃ pro singularib⁹ psonis sicut eis ipositæ uel cõmissæ fuerint Et liceat eis & eorꝫ cuilibet accipe ab illa psona ad cuius instantiã iuerit & cõmissionẽ recepint pro eorꝫ labore & mercede si fuerit in ciuitate denarios tres ꝓ qualibet psona citãda. Si ĩ uillis ciuitatis Fani bonoñ. unũ In castris uero & comitatu citra metauꝫ bonoñ. unũ cũ dimidio. ultra uero metauꝫ in castris & comitatu bonoñ. duos tã de citatiõe faciẽda q̃ de tenuta accipiẽda sub pœna prædicta. Pro sequestro faciẽdo in ciuitate accipere possint tm̃ mediũ bonoñ. In comitatu uero & districtu id qd supra dictũ est. Et teneant' dicti plazarii ad requisitionẽ personaꝫ egentium ipsis accedere ad præsentiã dictoꝫ rectoꝫ & officialiũ ad recipiendũ cõmissiones eis imponẽdas ad instantiã requirentiũ eos. Et si hoc recusauerit & nõ uenerint soluãt nomine pœnæ sol. xx. in cõi ꝓ qualibet uice qua cõtrafecerint nisi causa rationabili excusarent'. In pignorando autẽ non debeat aliquis plazarius in comitatu & districtu Fani accipere alicui pannos a lecto. Nec debeãt in ciuitate camerã alicui⁹ intrare causa pignorãdi qui habeat in æstimo centũ lib. uel ab inde supra. Et si contrafecerint in aliquo prædictoꝫ incurrãt pœnã. xx. sol. pro qualibet uice Sint etiã dicti plazarii & nuncii eorꝫ durãte officio liberi ĩmunes & exempti a factionibus psonalibus cõmunis Fani. Itẽ uolumus ꝙ dicti plazarii sub pœna unius ducati qualibet uice: & pro quolibet auferãdã & priuationis officii teneant' quolibet die sabbati de sero mundare plateã magnã dictæ ciuitatis diligenter: & totã mũditiã amontonare.

¶ De electione arbitroꝫ cõtrataꝫ & eorũ officio. Cap. II.

Tatuimus & ordinamus ꝙ singulis annis in Kalendis mẽsis Ianuarii: & in kalendis mensis Iulii eligantur & eligi debeãt p homines contrataꝫ ciuitatis Fani arbitri contrataꝫ p rædictaꝫ earum more cõsueto quoꝫ officiũ duret per sex menses: & ita electio fiat de sex mẽsib⁹ in sex mẽses qui arbitri teneant' referre & denunciare maleficia cõmissa & cõmittenda & agere & exercere omnia alia ad quæ tenentur secundũ consuetudinẽ ciuitatis prædictæ ad quod officiũ exercendum cogi non possint ciues de consilio speciali: nec eorum descendentes. Nec aduocati: procuratores: notarii: nec aliquis de familiis prædictoꝫ. Nec etiam habentes quomodocũq̃ exemptiones factionũ personalium. Arbitri uero seu syndici uillaꝫ & castroꝫ Fani more dcãꝫ uillaꝫ & castroꝫ eligant' & officiũ exerceãt ut extitit consuetũ.

¶ De munitionibus cõis p amicum eiusdẽ cõseruãdis. Cap. III.

Tatuimus & ordinam⁹ ꝙ res & munitiões cõis Fani quæ ad p̃sens sunt & reperiunt' in stãtia de medio turris palatii cõis p̃dicti & quæ in futurũ ad cõe deuenient & ibidem reponent' diligenter in dicta stantia custodiant' & conseruentur pro dicto cõi p amicũ dicti cõmunis cui amico p inuentarium manu cancellarii ipsius cõis res ipsæ consignentur: & per inuentariũ similiter semper de sex mensibus ĩ sex menses successoribus amicis cõis præsente & scribente cancellario reassignentur & consignentur tenẽdæ sub clauĩ & custodia eorũdem amicorum & cancellarii de qua stantia duæ claues habeant' cũ duab⁹ diuersis seraturis quarum una clauis stet penes cancellarium & altera penes amicum ita ꝙ unus sine altero aperire & claudere non possit: & si qd in reassignatione rationis reddẽdæ defecerit/reficiat' & emendet' per amicum illum sub cuius custodia suo tempore aliquid perderet'. Et hic ordo nunq̃ deficiat. Et teneatur cancellarius recordare & facere obseruari pœna ipsi cancellario si hoc omiserit sui negligentia & defectu. xx. soli. de suo salario retinendoꝫ.

¶ Q d' nullus offãlis Fani accipiat ĩ solutũ d reb⁹ cõis Fani. Ca. IIII.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ nullus officialis ĩ ciuitate Fani uel comitatu p̃sumat accipe p se nec aliũ rõne salarii de reb⁹ cõis Fani ĩ solutũ durãte ei⁹ officio. Et ꝙ ptãs q ꝓ tẽpore fuerit & alii officiales ĩ dcã ciuitate uel ei⁹ comitatu durãtib⁹ eorũ officiis nõ emant nec emere possint directe nec ĩdirecte de bõis dicti cõis. Sed si aliqua fuerint uenalia uendãtur aliis plus offerẽtib⁹ & q cõtrafecerit soluat in cõi uice q̃libet qnquaginta libras deñ. & ꝙ nihilomin⁹ emptio seu acceptio ĩ solutũ nulla sit ipso iure.

¶ De nõ detinẽdo fraudulenter & dolose de bonis cõis. Cap. V.

Tatuim⁹ ꝙ qcũq̃ ĩ fraudẽ & dolose detinuerit de bõis cõis Fani cõpellat' p ptãtẽ ad restituẽdũ ĩ duplũ dcõ cõi sũmarie & de plano nulla iuris solẽnitate seruata. Dũ tm̃ liqdo & plene cõstiterit eũ debere restituere & habuisse de bonis dicti cõis.

¶ De nõ alienando nec occupãdo aliquã uiã ciuitatis Fani nec eius comitatus uel districtus. Cap. VI.

Tatuim⁹ & ordiam⁹ ꝙ aliq̃ uia seu ali⁹ loc⁹ p quẽ uia iter uel at⁹ public⁹ fiat uel ali⁹ loc⁹ publi. ĩ ciuitate Fani eiusq̃ cõitatu & districtu deiceps nõ possit nec debeat uẽdi seu alienari neq̃ cõcedi uel p aliquẽ occupari seu occupata teneri aliq̃ rõe uel cã. & q cõtra p̃dcã uel aliqd p̃dcõꝫ fecẽit cõdẽnet' si fuẽit cõe alicui⁹ uillæ uel uniuersitatis: uel castri cõitat⁹ Fani ĩ. xxy. lib. deñ. Si uero fuerit singularis psõa ĩ medieta

HAYUGBA BIBLIOTHECA
ЦЕНТРАЛНА БИБЛИОТЕКА
ГОДИШЕН ЗБОРНИК
ГОДИНА ЕДАНАЕСЕТ ПЕТТИ

re dictæ pœnæ. Et quilibet possit denunciare prædictos contrafacientes & habeat medietatē pœnæ predictæ & teneat secretus. Et nihilominus restituat occupatū. Et contractus de ipsis uiis publicis factus aut aliquo eorū non ualeat nec teneat ipso iure. Et de facto per potestatē seu eiꝰ uicariū compellant occupātes de uiis seu iuribus dicti cōis omni tarditate remota & sine quauis solēnitate processus ad relaxandū libere & euacuandum totū id quod de terreno seu iure cōis fuerit occupatū. Et omne & totū id quod super uia terreno seu iure cōis fuerit cōtra formam præfātis statuti ædificatū cedat ipso iure cōi Fani. Et si utilitas cōis Fani suaserit & pro utilitate cōis melius fuerit diruatur. & quod dirutū fuerit in cōe deueniat ipso iure. Addentes ꝙ quotiēs aliquis fecerit aliquē porticum uel balconatā super uia cōis: uel iuxta aliquā stratam seu uiā publicam anteq̄ aliquod ædificet uel imponat ædificiū seu aliquid faciat primo & ante omnia reqrat consiliū speciale ciuitatis Fani: & ab eo licentiam obtineat. Alias si quid ædificauerit sine licētia dicti cōsilii in damnū & cōis p̄iudiciū cōi cedat: & tollat de facto ut supius est expressum. Et ptās Fani de p̄dictis omibꝰ & singulis inqrere teneat omni mēse semel ad minꝰ sub pœna lib. x. uice qualibet eidē iminēte: & de facto ab eo auferēda tpe syndicatꝰ qua cōtrafecerit in p̄dictis. Et nihilominꝰ quilibet cōtrafaciētes cōtra formā pn̄tis statuti accusare possit & denūciare publice & occulte: & ad cuiuslibet denūciantis instantiā sub dicta pœna potestas ꝓcedere teneat: & habeat qlibet denunciās seu accusans medietatem pœnæ supradictæ. Et statutū prædictū potestas Fani quolibet semestri præconizari faciat p ciuitatē Fani sub pœna prædicta. Itē addimꝰ p̄senti statuto: & statuto ēt sub rubrica de officio capitanei sup uiis & pōtibus in primo libro: ꝙ eligant duo officiales sup uiis: pōtibus & fontibus: uidelicet unus ciuis bonꝰ: discretꝰ & integer ꝓ officiale maiori seu capitaneo: & unꝰ notariꝰ Ciuis Fani praticꝰ & bonꝰ: Et unus officialis forēsis aut terrigena q debeat ire extra ciuitatē ad faciendū quicqd per dictū officialē maiorē fuerit cōmissum ꝓ executione dicti officii. Q ui quidē officialis forēsis habeat & habere debeat unū florenū singulo mēse: Et dictus officialis maior & notariꝰ nullū salariū habeāt: Et dicti officiales debeāt elegi ꝓ sex mēsibus secūdū formā statuti: uidelicet dictꝰ officialis maior ciuis Fani: & officialis forēsis ēt eligat ꝓ sex mēsibus: & possint refirmari per consiliū speciale si erūt boni. Ac etiā dicti officiales nō possint pro primo & secūdo p̄cepto faciēdo ꝓ executione eorū officii imponere aliquā pœnā: Sed pro tertio p̄cepto possint imponere pœnā. x. sol. quæ pœnæ debeāt poni in uno zocco cōi inter ipsos officiales

& notariū. Itē uolumus ꝙ pœnæ contētæ in dicto statuto præsenti: non tamē intelligēdo de dicta pœna. x. soli. diuidant hoc mō. uidelicet duæ partes sint cōis Fani: & alia tertia pars sit dictorū officialiū & notarii ponēda in zocco prædicto. Q uā ptem tangentē cōe ut supra debeāt dicti officiales facere solui depositario cōis per bulettā: De quibus pœnis in dicto zocco ut supra positis primo & ante oīa dictus officialis forensis debeat satisfieri de mense in mensem de dicto suo salario: & totū illud quod restabit in dicto zocco diuidatur cōiter inter ipsos tres officiales: Et dictus notarius nō possit aliquid accipere pro aliquo præcepto quod ipse faceret in scriptis aut oretenus ꝓ executione dicti officii: Et si opus esset reparare aliquē pontē seu fontem habeāt dicti officiales arbitrium & potestatē præcipiēdi illis ad quos spectaret repare & resarcire dictū pōtem & fontem sub pœna. x. sol. quæ pœna sit dictorū officialiū ponēda in zocco prædicto & diuidēda inter ipsos tres ut supra: & nihilominus cogāt remediis opportunis habētes reficere & reparare ad reficiendū & reparandū ut supra: & uolumus ꝙ officiū dictorū officialiū extendatur & habeat locū super aquarolis in ciuitate existētibus.

Nota q materia de aquis op. 7. d. 5. emp.

De personis uendētibus pisces recentes. Cap. VII.

Tatuimus & ordinamꝰ ꝙ nulla persona audeat uel præsumat neq̄ possit in ciuitate Fani uēdere per se uel alium: nec assistere uendēti aliquos pisces recētes qui portarent seu cōducerent ad ciuitatē Fani nisi solū pisces proprios & quos ipsi cōduxerint. Et ꝙ nullus pisciuendolus ciuitatis Fani neq̄ alia persona possit audeat uel præsumat emere pisces recentes in ciuitate Fani neq̄ eius districtu causa reuendēdi: seu etiā extra territoriū Fani portādi saluo ꝙ licitū sit cuicunq̄ ciui Fani emere pisces qui ibidē aportarent de partibus Ariani comacchii: & uallium quorūcunq̄ locorū sub pœna amissionis dictorū pisciū: & xx. sol. cuilibet in prædictis uel aliquo prædictorū contrafacienti pro qualibet uice. Et de prædictis quilibet possit accusare & denūciare: & habeat tertiam partē pœnæ.

De modo & ordine seruando in uendēdo pisces. Cap. VIII.

Tatuimus & ordinamus ꝙ nullus audeat uel præsumat uēdere pisces alibi q̄ in piscariis cōis Fani & in loco discoperto. Et nisi primo illos ostēderit militi potestatis una cū capitaneis cōis Fani super piscibꝰ & ab ipsis licentiā obtinuerit de uendēdo pisces prædictos quā licentiā eis dare nō possint nisi primo cōduxerint omnes pisces captos ad piscariā sub pœna cuilibet contrafaciēti quadraginta sol. cōi Fani uice qualibet applicāda. Et quilibet possit accusare & denuncia

xl. solidos.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА
Obyt imeni I. I. MECHNIKOVA

re & habeat tertiã partẽ bãni. Teneant̃ ẽt & debeãt dicti uẽditores piſciũ oẽs piſces ad piſcarias cõducere & in ipſis tenere in loco diſcopto & palã & publice: Ita q̃ ab omnib⁹ aſtãtibus & pinde tráſeũtib⁹ uideri poſſint Nec poſſint de piſcariis in q̃bus dicti piſces portant̃ ad uendendũ remo uere: niſi de ſero piſces uallũ uel de Peruſio q̃ ſupſunt de die. Et in prædictis fraus ne fiat Volum⁹ q̃ piſcatores nõ remoueãt de ſero piſces de piſcariis nec illos recondãt niſi primo uiſi fuerint piſces prædicti qui de die ſuperfuerint p capitaneos & officialẽ p̃dictos & ab eis licẽtiã habuerint piſces prædictos recõdẽdi. Q̃ui officiales & capitanei teneant̃ & debeãt ſub pœna. xx. ſol. ꝓ quolibet quolibet die quo piſces uẽderẽt̃ de ſero hora. xxiiii. piſcarias uiſitar̃ & reuidere: & piſces bonos & ſanos r̃cõdẽdi licẽtiã dare & malos & putridos p̃ici facere curã diligẽtẽ adhibẽr̃ pœna piſcatorib⁹ p̃dictis iminẽte: ſi in prædictis cõtrauenerint ut infra cõtinetur. Nec poſſint in ciuitate Fani ſalare aliquos piſces recẽtes niſi primo illos oſtẽderint capitaneis p̃dictis & officiali ptãtis: & ab ipſis licentiã obtinuerint. De qua licẽtia cõſtare debeat manu notarii capitaneorũ p̃dictorum cõtinentẽ numerum piſcium & eorum qualitates: Teneant̃ ẽt & debeant dicti uẽditores piſciũ uẽdidiſſe oẽs piſces marinos qui cõducerẽtur ad ciuitatẽ Fani a klẽdis menſis maii uſq̃ & p totum menſem octobris de mane'ãte tertias illos uendidiſſe uſq̃ ad horã nonæ Et piſces q̃ cõducerẽt̃ poſt tertias uẽdidiſſe uſq̃ ad ueſpas: & piſces q̃ cõducerentur a kalendis Nouembris uſq̃ ad kalendas Maii uendidiſſe teneantur per totã diẽ ſub pœna amiſſionis dictorũ piſciũ cõi Fani applicãda. Nec poſſint tenere uendẽtes piſces capellos ſeu caputias in capite abundãte pluuia quantũcũq̃. Nec poſſint cõducẽtes piſces ad ciuitatẽ Fani de mane uſq̃ ad horã nonæ extrahere piſces de ciuitate Fani ſub pœna amiſſionis piſciũ. Nec poſſint aliq̃ uendẽtes piſces in ciuitate Fani ſeu cõducẽtes piſces in dicta ciuitate uẽdere alicui aliquã quãtitatẽ piſciũ in groſſũ uſq̃ ad horã nonæ. Nec aliq̃s poſſit in groſſum piſces emere uſq̃ ad dictã horã ꝓ portãdo illos extra ciuitatẽ Fani ſub pœna emẽti amiſſiõis piſciũ & uendẽti amiſſionis p̃tii dictorũ piſciũ uenditorũ. & teneant̃ & debeãt dicti piſcatores ſeu piſces uendẽtes in ciuitate Fani ad dictas piſcarias uẽdere pro p̃tiis infraſcriptis uidelicet.

nõ poſſit ſalari niſi p

E piſces nõ poſſ tenere capellũ

¶ De menſibus Aprilis Maii & Iunii piſces ad frigendũ ſine burcimine & ſine lapidib⁹ lauatorũ & nictorũ: & in his piſcib⁹ intelligant̃ ẽt gãbarelli uendat̃ libra deñ. vii. deñ. vii. la libra.

De mẽſib⁹ Iulii Auguſti & Septẽbris piſciũ ad frigẽdũ lauatorũ & nictorũ: & i his piſcib⁹ itelligãt̃ ẽt gãbarelli uẽdat̃ lib. deñ. ix. deñ. ix. la lib.

De mẽſib⁹ Octob. Nouẽb. Decẽb. Ianuarii & illi⁹ ptis mẽſis Februarii q̃ nõ ẽ de q̃dragеſima & ẽt p totã q̃dragеſimã piſciũ ad frigẽdũ & gãbarellorũ lauatorũ & nictorũ ut ſupra uẽdat̃ lib. deñ. xii. deñ. xii. la libra.

Piſciũ aſſandorũ nictorũ & lauatorũ: uidelicet baldigariarũ: & piſciũ qui ſint a quatuor unciis ſupra deñ. xii. la libra. deñ. xii. la libra.

Piſciũ ad liſſandũ. uidelicet ragnolorum: mugellarũ & piſciũ ſcalgliæ ab una libra uſq̃ in duas libras deñ. ſexdecim libra. deñ. xvi. la libra.

Piſciũ beſtialiũ uidelicet Tomaciorũ & aliorũ hmõi piſciũ exceptis ſqua dris & baraccolis magnis dent̃ libræ tres ad bonoñ. deñ. vii. la libra.

Squadrorũ baraccolarũ magnarũ licnarum & palamitarũ. libræ duæ ad bonoñ. libræ duæ a bolog.

De gãbaris uidelicet grãcis fœmineis dent̃ tres ad bonoñ. G. iii. a bol.

De gãbaris ſeu grancis maſculis dent̃. iiii. ad bonoñ. G. iiii. a bolog.

De ſepiis magnis dent̃ tres ad bonoñ. Sep. iii. a bolog.

De ſepiis paruis quatuor ad bonoñ. Sep. iiii. a bolog.

De caſtagnolis ſiñ alia nimia miſtura det̃ lib. ꝓ deñ. iiii. c. deñ. iiii. la lib.

Et maiori p̃cio q̃ ſupra dictũ ẽ dicti piſces nõ uendant̃ pœna cẽtũ ſolidorũ ꝓ quolibet cõtrafaciẽte & q̃libet uice. Et miles ptãtis teneat̃ de p̃dictis diligẽter inqrere: & ſi fuerit negligẽs ſoluat de ſuo libras. x. Et quilibet poſſit accuſare & denunciare & habeat quartã partem bamni.

Note potas

Sturiones uero tã recẽtes q̃ ſalati uẽdãt̃ & uẽdi debeãt p piſcatores & piſciuẽdulos ad librã cũ biláciis ad põdus cõis Fani. nec poſſint uẽdere alicui emere uolẽti librã ſturiõis recẽtis ultra unũ bonoñ. cũ dimidio. Et librã ſturiõis ſalſi ultra duos bonoñ. nec librã cappis uel ceps ultra unum bonoñ. Et ſi deꝑhenſi fuerint in aliq̃ fraude ſoluãt noĩe pœnæ ꝓ qualibet uncia piſciũ quã min⁹ darẽt ſol. v. quæ pœna de facto exigat̃.

Nota uerbũ deꝑhenſi. q̃ ligat̃ actu: & nõ p alio honor: ut tenet alexandrinus. ff. de arg. legat.

¶ De reſtitutiõe bonorũ ablatorũ cõi: & inqſitione faciẽda per poteſtatem uel eius uicariũ circa hoc. Cap. IX.

Tatum⁹ q̃ oẽs officiales qui qualecũq̃ officiũ habuerit a cõi: & oẽs q̃ de hauere cõis habuerint quacũq̃ occaſiõe a q̃nq̃ ãnis citra & ipoſteꝫ fuerint examinent̃ p ptãtẽ ſeu ei⁹ uicariũ infra duos mẽſes ſui regiminis primos. Et ſi aliq̃s dictorũ officialium de pecunia cõis defraudauerit: aut iniuſte contra formã ſtatutorũ accepit ſi in ea fuerit reptus culpabilis duplũ reſtituere cõpellat̃ & in. xxv. lib. deñ. condẽnet̃. Et plus & minus arbitrio ptãtis ſeu uicarii inſpecta pſona & qualitate delicti: & deinde ad quinq̃ annos nõ poſſit in aliquo cõis officio intereſſe: & nullã a cõi miſericordiã cõſequat̃ q̃n duplũ ſaltẽ reſtituat. Et hoc ſtatutũ ſit p̃ciſum de quo nõ poſſit peti abſolutio neq̃ dari. Et q

HAYNOR BIBLIOTHECA
Copy imeni Г.Г. МЕЛНИКОВА

cunq; potestas uel uicarius uellet super ablatis in futurũ in aliquo prouidere in fauorem eorũ qui defraudauerint aliquid cõi fani amittat de suo salario centũ lib. deñ. Et quilibet potestas seu uicarius hoc statutum ut iacet obseruet & obseruari facere teneatur sub pena centum lib. deñ. uice qualibet qua in p̃dictis fuerit negligens.

¶De fideiussoribus cõmunis Fani. Cap. X.

Tatuimus & ordinam⁹ q; nullus possit compelli ad fideiubẽdũ seu alio quouis mõ ad se obligandũ ,p cõi Fani p aliquẽ officialẽ dictis cõis. Et fideiussio seu obligatio q̃ fieret p aliquẽ i uitum & cõpulsum non ualeat ipso iure. Et nihilominus officialis q eũ compulerit cadat in penam centum lib. deñ. uice qualibet. Et nihilominus ad interesse compulsi teneatur. Et si quis uoluntarie pro cõi fideiusserit Vel aliter se obligauerit teneatur cõe Fani ipsum a dicta fideiussione seu obligatiõe eximere si in ea steterit p annũ nisi p miori tpe fideiusserit oib⁹ dicti cõis expẽsis. & nihilomin⁹ ip̃m idẽne cõseruare teneat.

¶De bõis põtis metauri & hospitalis dom⁹ dei & iurib⁹ eorũdẽ. C. XI.

NE res & bona pontis metauri & hospitalis dom⁹ dei distrahãtur imo ut distracta & indebite alienata inueniãt potius & cõseruent in cõmodũ pontis & hospitalis eiusdẽ: Statuimus & ordinamus q; de cætero dñs ptãs ciuitatis Fani una cũ cõsiliariis consilii spãlis & ipi consiliarii cũ eo teneant oi anno de mẽse martii eligere duos bonos uiros etatis. lx. annorũ qui sint & esse debeant cum referendario dicti cõis ad uidendum & examinandũ bona & res dcõrũ pontis & hospitalis tam mobilia q̃ imobilia. Et si qua indebite inuenerint distracta: uendita uel alienata possint & debeant ipsa recupare & ad pristinũ statũ reducere inquirendo de his solicite ab hoib⁹ cõtratarũ & inter eos cõpellendo quoslibet quos inuenerint dãnificasse dictos pontẽ seu hospitale in aliquo uel de suis bonis hr̃e uel tenere ad satisfactionẽ cõdignã & dãnũ & interesse eorũ & cuiuslibet eorũ. Et p̃fatus dñs ptãs teneat & debeat uinculo sacramẽti dare dictis officialib⁹ & referẽdario cõis auxiliũ cõsiliũ & fauorẽ ut petet ab eis uel altero eorũ i p̃dictis executiõi mãdandis tã in reuocando bona ablata q̃ in cogẽdo quoslibet possessores sine iuris solẽnitate & ordine ac sũmarie & de plão. Et ad restitutionẽ bonorũ huiusmodi faciẽdã ponti seu hospitali p̃fato. Et faciendo de bõis oibus & singulis dictorũ pontis & hospitalis oi anno fieri inuentariũ solẽne. Et hæc oia fiant expensis dictorũ locorũ. Et q; nullus possit eẽ de cætero põtenerius dicti pontis seu prior dicti hospitalis nisi qui fuerit electus in cõsilio gñali. Et hoc statutum sit præcisum.

¶De possessionibus & rebus pontis Metauri & hospitalis domus dei imobilibus nõ alienandis sine licentia consilii gñalis. Cap. XII.

Tatuimus & ordinam⁹ q; de cætero nullus pontenerius põtis metauri seu prior hospitalis domus dei uel quiuis alius quocũq; noie cẽseatur qui nũc est uel pro tpe fuerit in aliqua administratiõe officio uel ministerio dictorũ pontis & hospitalis possit audeat uel p̃sumat aliquo ingenio seu mõ seu aliquo alio quesito colore uẽdere pmutare uel alio quocũq; titulo alienare de domib⁹ terrẽis possessionibus atq; reb⁹ imobilib⁹ dcõrũ põtis & hospitalis sine licẽtia & auctoritate & uolũtate exp̃ssa cõsilii gñalis ciuitatis Fani. Et si q̃ deiceps fieret p̃fata solẽnitate omissa reuocet & intelligat reuocata ipso facto & ipso iure pinde ac si facta nõ eẽt. Et qd p dictũ dñm ptãtem & eius iudicẽ & curiã q pro tpe fuerint reduci debeat ipsa res alienata ad ius & i bõis põtis seu hospitalis p̃dcõrũ aliq̃ exceptiõe uel defensiõe in aliquo nõ obstãte ac nulla iuris solẽnitate seruata. & idẽ seruet & itelligat i reb⁹ mobilib⁹ sacris dcõrũ põtis & hospitalis pẽa cẽtũ li. deñ. & priuatõis officii eorũ

¶De artibus fideliter faciendis siue exercendis. Cap. XIII.

Tatuimus q; oẽs & singuli artifices & misteria artiũ exercentes & ẽt uendentes pondere numero uel mensura res aliquas in ciuitate & comitatu Fani debeãt eorũ artes & misteria artiũ legaliter exercere & hr̃e iustas mẽsuras & põdera nec in eis debeãt cõmittere malitiã fraudem uel dolũ in dãdo uel recipiendo aut aliter contrafaciẽdo pena istatutis dictæ ciuitatis cõp̃hensa uel arbitrio dñi ptãtis uel eius iudicis iponenda ubi p̃statutũ de speciali pœna prouisũ nõ eẽt i quocũq; casu. Et hoc statutũ teneat dñs ptãs p̃fatus facere proclamari p ciuitatem Fani & burgos in locis publicis & cõsuetis p publicũ bannitorẽ dcõis saltem bis in anno. s. de mense Ianuarii semel & demẽse iulii uel augusti alia uice. Et sup prædictis diligẽter inquirere & culpabiles cõdẽnare & punire secũdũ formã dcõrũ statutorũ uel prout eius aribitrio & bono officio uidebit expedir̃ cõsiderata qualitate culpæ uel fraudis ac mõ & conditiõe p̃sonæ. Et quilibet possit denunciare & accusare cõtrafaciẽtes cum sacramento & uno teste bonæ cõditiõis & famæ.

¶De speciariis & eorũ arte legaliter exercenda. Cap. XIIII.

Tatuimus & ordinamus q; speciarii & artem speciariæ exercentes & alii facientes dopleria uel candelas & opera cæræ uel sepi

Et ipsam cæram & sepũ cõponẽtes & aromatarii Fani & ei⁹ districtus teneant & debeãt dopleria & candelas torchlos uel alia opa cæræ uel sepi facere & cõponere de bona & pura cera & sepo sine mixtura

alicui⁹ rei in fraudē artis p̄dicti misterii pena cōtrafacienti ꝓ q̄libet uice xl. sol. dorū. Et ꝙ non audeant uel p̄sumant incādelis nec i dopleriis uel torclis apponere uel imiscere bambasiū ueterē uel stuppā nec interserere seu miscere de bābasio ueteri uel stuppa sed de bambasio nouo pœna in hoc casu cōtrafaciēti pro quolibet & q̄libet uice. xl. sol. et mitiꝰ arbitrio dñi ptātis seu uicarii. Et qlibet possit accusar & denūciare & hēat medietatē penæ & teneatur secretꝰ: eiq̄ credat cū iurameto & uno teste bonæ opiniōis & famæ. Nec audeāt uel p̄sumant dicti speciarii tenere suas species siue aromata nec cōfectiōes sup banchas discoptas: sed clausas i scattolis intus stationes & nō extra exceptis tpibus nundinarū & festiuitatum sanctæ Mariæ: & qū spēs nup fcās & recentes deficcarent sub pena decem sold. uice qualibet qua cōtrafecerint in p̄dictis. Et teneat qlibet speciarius facere atramētū pro scribēdo bonū. Nec audeant uel p̄sumāt speties seu aromata humectare: uel in eis aliqd extranei imiscere sub pœna prædicta. Nec unam rem pro altera uendere sub pena. xl. sold.

¶ De ponderibus & pesettis mercatorum & campsorum. Cap. XV.

Tatuimus & ordinamus ꝙ oēs & singuli campsores & mercatores pānoꝝ & alii bāchā ad cābiū retinētes & hntes in ciuitate Fani debeāt hre iustas bilācias & pesettos a florenis & ducatis & alia q̄libet moneta & approbatas & bullatas & bullatos p offālē cōis Fani ad hoc spālr deputatū. Et siquis eoꝝ i aliquo fuerit inuentus uel deprehensus aut cōuictus cōtrafacere uel uēire soluere cogat cōi Fani nomine penæ. xl libras deñ. Et nihilominus defectū reaptare cogat. Et ut nulla possit eē uarietas & deceptio in ponderibus mōetaꝝ uolumus & firmamus ꝙ cāpsores singuli ciuitatis Fani & eius territorii & districtus & qcunq̄ retinentes bancham ad cambiū: et similiter qcunq̄ mercatores retinentes pōdera monetarū debeāt retinere pōdus ducati & floreni ad pondus cōis Fani iustū Et florenus & oia alia numismata aurea debeant pōderari cū pōdere iusto ducati Fani. Et qlibet campsor & bancherius monetaꝝ teneat & debeat dūtaxat retinerī unū pōdus uidelicet pōdus ducati & nō plura pōdera qd pondus sit & eē dēat ad pōdꝰ cōis Fani iustū & bullatū bulla dcī cōis. Nec audeāt uel p̄sumāt dcās mōetas ponderare nisi p ut superius dictū ē. Et teneant & debeāt quolibet anno bis de sex mēsibus in sex mēses belancias suas cū dictis pōderibus facere bullari bulla cōis Fani & ipas tenerī bullatas bulla p̄dicta. Et debeāt dicte belanciæ cāpsoꝝ d decē & octo mēsibus in. xviii. menses renouari bullariq̄ debeāt ut superiꝰ dcm est. Nec audeat aliqs cāpsor retinere nisi unum par bilantiarū bullatarū ut supra sub pena cuilibet cōtrafaciēti

in predictis & quolibet prædictorum uice qualibet quadraginta sold. & ꝙ pondera dcī cōis debeant stare penes officialē cōis adhoc spāliter deputatum. Et teneat ptās Fani per eius militem uel alium eius officialē facere super prædictis diligenter inquiri omni hebdomada semel & repertos culpabiles punire secūdum formā statutorū sub pēa dcō potestati. v. lib. deñ. uice qualibet qua fuerit negligēs in prædictis.

¶ De passo mercatoꝝ uendentium pannum siue pignolatum uel pannum lini. Capi. XVI.

Tatuimꝰ ꝙ mercatores pānoꝝ coloris uel pignolatoꝝ & alii q libet ad passū & mēsurā passi uēdētes emētes uel mercantes aut alias ipa passi mēsura utētes i ciuitate & districtu Fani teneant & debeāt hre & tener iustū passū ad mēsurā passi cōis Fani: & bullatū & approbatū mō simili p officialē ad prædicta deputatū pœna. x. lib. deñ. cōtrafaciēti auferēda qualibet uice qua cōtrafactū fuerit in prædictis. Et nihilominus passus apter & adiuster eius expēsis.

De stateriis merciarioꝝ speciarioꝝ beccarioꝝ & alioꝝ artificū. Ca. xvii.

Tatuimꝰ & ordiamꝰ ꝙ oēs & singulari merciarii spārii beccarii pistores pāiuēdoli coltrarii & oēs & singuli mercatores cuiuslibet artis & mercimōii & alii utētes & hntes stateras marcū uel bilātias i ciuitate uel districtu Fāi i casibꝰ & psōis qbꝰ p statutū belāciis utinō uetar teneāt & debeāt belācias & pesettos & stateras marcū & quoslibet eiꝰ pesettos iustos & iustas ad pōdꝰ cōis Fāi hre & eis tm̄ uti & bullatos & bullatas & approbatas p cōe p̄dictū uel eiꝰ offālē auctoritatē hntē: nec eis uel eoꝝ altero alr utar i aliquo casu. nec aliqs debeat uel p̄sumat aliq̄ fraudē uel malitiā adhibē i pōderādo uel mēsurādo aut bilācias uel staterā retinēdo pœna p quolibet & q̄libet uice qnq̄ lib. deñ. i quolibet capitulo pnti statuto cōphēso: & nihilominꝰ defectū corriger teneat.

¶ De bilanciis & bilanciolis aurificū ciuitatis Fani. Cap. XVIII.

Tatuimꝰ ꝙ oēs & singuli aurifices hēant & hre debeāt & cōtinue tener bilāciolas iustas & pesettos cū qbꝰ debeāt p̄ssuras seu pōdera auri & argētū botonos & q̄libet laboreria auri & argēti pōderar & bullatos & bullatas bulla cōis p offālē ad hoc deputatū & aurū & argētū cōficer d bōa lega & cōsueta & si i aliquo fraus uel defectus reperiret cōdēnet aurifex qualibet uice in lib. decē deñ. & nihilominus defectum supplere & reaptare cogatur.

¶ De eodem Cap. XIX.

Tatuimus ēt hoc gnali edicto ꝙ miles socius: uel Notarius dñi potestatis seu uicarii: q nunc est & pro tempore furit teneatur

ХАЙКОВ ПЕТЪР ИВАНОВ
ОБЩИНСКИ ИСТОРИЧЕСКИ АРХИВ
ГРАД ПЛОВДИВ

inuiolabiliter uinculo ſacramẽti & pœna.x.libr̃.quolibet mẽſe bis ſaltẽ rimari & inqrere cũ familia dñi ptãtis ſeu uicarii p ciuitatẽ Fani & burgos de omnib⁹ & ſingulis qbuſcũq; defectib⁹ bilanciaꝝ ſtateraꝝ peſetorũ marcoꝝ libraꝝ paſſoꝝ & aliaꝝ mẽſuraꝝ & pondeꝝ. Et cõtra inuẽtos culpabiles condẽnatiões facere & exigere cũ effectu infra.v. dies ſecundũ modũ ſtatuti. Et acri⁹ ut mod⁹ fraudis exegerit & uiderit cõuenire cõſiderata qualitate facti & pſonæ delinquẽtis. Et eadẽ inqſitio fiat p comitatũ ciuitatis p̃dictæ & cõdẽnatio & executio de culpabilib⁹ omni iuris ſolẽnitate repulſa: lege ſtatuto uel reformatiõe aliq̃ nõ obſtãte.

¶De arte pignolatorum & bambaſii. Cap.XX.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ q̃ oẽs & ſingulæ pſonæ faciẽtes artem bábaſii & pignolatoꝝ in ciuitate uel diſtrictu Fani teneant & debeãt facere & exercere bñ & legaliter dictã artẽ & pignolatos cuiuſcunq; generis uel maneriei facere de bábaſio puro bono & nitido pœna.xl.ſol. & nihilomin⁹ pdat bábaſiũ & deueniat in cõe. Nec liceat eis uel eoꝝ alteri facere p ſe uel alios pignolatũ aliqd̃ de bábaſio buccolarũ. Et quæcũq; pſona repta fuerit pignolatũ aliqd̃ facere p ſe uel aliũ de buccolis ſeu bábaſio buccolaꝝ cogatur ſoluere cõi noie pœnæ q̃libet uice & pro qualibet petia pignolati quadraginta ſol. Nec audeat uel p̃ſumat aliqua ratione facere aliquod pignolatũ de bambaſio ueteri operato alias. Et qui contrafecerit ſoluere cogat̃ cõmuni pro qualibet petia & qualibet uice quadraginta ſoli. Et nihilominus per officiales domini poteſtatis dictum pignolatũ auferatur eidem: & in platea magna cõmunis publice cõburatur. Et q̃ nullus textor nel textrix audeat uel p̃ſumat pignolatum aliquod texere de dicto bambaſio ueteri: & qui contra fecerit in decem ſolidis pœnæ nomine pro qualibet petia & qualibet uice etiã puniatur. Nulluſq; curans petias pignolatoꝝ: aut lauans & dealbans audeat dictas petias pignolatorũ bambaſii ueteris lauare: curare uel dealbare ſeu candidare pœna prædicta ꝓ qualibet petia & q̃libet uice. Q uicunq; uel quæcunq; inſuper faciet pignolatũ aliquod renfranctum uel ſchiectum teneat̃ & debeat illud facere pro qualibet petia ſiue tela longitudinis quinquaginta duorũ brachioꝝ & telas ſeu petias ipſorum pignolatoꝝ proxime dictoꝝ orditorum cũ accia ſutili de.xxvi. portatis: & cum accia groſſa.xxv.portatarum pœna contrafacienti pro quolibet & qualibet uice.xxv.ſoli. Et intelligatur accia ſutilis ſi fuerit dcã & habita de ſeptẽ portatis, & abinde ſupra. & groſſa abinde ifra. Si autem

cordellatũ debeat facere quandã petiã latitudinis uni⁹ brachii cordarũ bábaſii & acciæ.xviii.portataꝝ & lõgitudinis.xlviii.brachioꝝ cũ erũt de albatæ ſeu cãdidatæ. Si fuerit cordellatũ menutũ. Si uero a duob⁹ cordis de.xx.portatis & media de trib⁹ cordis de.xxvi.portatis ſecũdũ curſum & cõſuetudinẽ artificũ pignolatoꝝ ciuitatis Forliuii: & idẽ de quolibet raſo quod de cordis fuerit pœna cõtrafaciẽti ꝓ quolibet & qualibet uice.xx.ſol. Et in p̃dictis caſib⁹ & quolibet p̃dictoꝝ qlibet poſſit accuſare & denũciare: & habeat medietatẽ pœnæ eiq; credat̃ cũ ſacro & uno teſte bonæ opinionis & famæ & teneat̃ ſecret⁹. Et q̃ libris magiſtroꝝ & artificũ dcõꝝ pignolatoꝝ credat̃ ſicut aliis libris mercatoꝝ p formam ſtaturi dicti cõis credi debeat: & q̃ null⁹ fenerator uel mutuator pecuniaꝝ ad uſuras in ciuitate Fani uel ei⁹ diſtrictu audeat uel p̃ſumat in pign⁹ recipere uel retinere ab aliqua pſona pignolatũ uel petiã aliquã pignolati: uel bábaſiũ p̃terq̃ a magiſtris artiũ pœna cõtrafaciẽti.xl.ſol. ꝓ quolibet & qualibet petia & pte petiæ ac libra bábaſii. Et qlibet poſſit denunciare & habeat medietatẽ pœnæ & ei credat̃ cũ iuramento & uno teſte bonæ opinionis & famæ & teneat̃ ſecret⁹. Et nihilomin⁹ reſtituere cõpellat̃ ſine aliqua p̃ſtatione pecuniæ. Statuto uel reformatiõe ſeu capitulo aliqua uel aliquo in cõtrariũ non obſtante.

¶De carnibus ſilueſtribus nõ uendẽdis alibi q̃ in cãpo uel platea communis. Cap.XXI.

Tatuimus q̃ oẽs carnes ſilueſtres: maxime ceruoꝝ: capreoloꝝ: aproꝝ: auiũ & anatũ & aliaꝝ feraꝝ ſiue beſtiaꝝ: & auiũ q̃ non ſunt mãſuetæ deinceps nullo mõ uendant̃ alibi q̃ in platea cõmunis. Et q̃ nullus qui ſit beccarius de ciuitate Fani uel burgis aut tricolus uel tricola ſeu uedirolus pulloꝝ domeſticoꝝ & alioꝝ uſitatoꝝ per eos Fani teneri & uẽdi: uel artem exerceat: poſſit dictas carnes ſilueſtres emere cauſa reuendẽdi per ſe uel aliũ neq; adeſſe uenditioni prædictarũ carniũ uel auiũ uendẽtib⁹ illis qui illas ad uẽdendũ portauerint ad ciuitatẽ Fani. Nec ſtent ꝓpe aliquã ex beccariis p ſex perticas bãno.xx.ſol. cuilibet uendẽti aut facienti cõtra prædicta uel aliquod prædictoꝝ pro qualibet uice. Et q̃ nullus forẽſis anates & circinellos aut pnices uel palũbes aut qualeas apportãs Fanũ ad uẽdendũ debeat iſpas deponere uel aliquã eaꝝ apud aliquã domũ: ſed tenere in platea cõis. Et poſtq̃ illuc portauerit nõ poſſit eas uel eaꝝ alterã retro portar̃ uel extrahẽ de platea cõis pœna alr̃ apportãti uel extrahẽti.x.ſol. ꝓ q̃libet uice. & nihilomin⁹ pdat aues: & cuilibet eas uel eaꝝ aliq̃ i domũ recipiẽti.xx.ſol. ꝓ qualibet ſine licẽtia dñi ptãtis. Et qlibet poſſit denunciare contrafacientes & ha-

HAYKOBA ЕЛЕКТРОНЕ ОБЈАВЕ
ОНУ ИМЕНИ Н. МЕЛЕНИКОВА

beat medietatē bāni & auiū prædictaꝝ & ſibi credat cū ſacramēto & cū uno teſte bonæ opinionis & famæ & teneat ſecretus. Liceat tñ ciuibus & incolis Fani pāterias habētibus dare anates & alias aues in eoꝝ pantriis captas tricolis ad uendendū ꝓ ipſis pāterias habētibus: & non aliter ꝓ precio ipſis tricolis impoſito a prædictis pāterias habētib⁹ & nō aliter pœna.x.ſol.pro qualibet uice qua cōtrafactū fuerit.

¶De circhis ligneis uincis & ſimilib⁹ non emendis per triculos cauſa reuendendi. Cap.XXII.

Tatuim⁹ ꝙ nullus tricolus ſeu uēditor lignoꝝ poſſit uel audeat aliquo mō emere ligna uincos uel circhos aut ſalmas lignoꝝ in platea cōis cauſa reuendēdi pœna & bāno ꝓ qualibet ſalma lignoꝝ ſol.duos ꝓ uinchis uel circhis emptis cōtra formā pūtis ſtatuti pœna.xx.ſol.ꝓ qualibet ſalma uincoꝝ: & ꝓ qualibet biga circhioꝝ: & qlibet poſſit denūciare & habeat medietatē bāni & teneat ſecretus.

¶De portantibus circulos ad uendendū. Cap. XXIII.

Tatuim⁹ ꝙ qlibet apportās circulos ad uēdēdū Fanū ſeu deferens teneat: & debeat quēlibet circulū ligare & ligatū tenere ſuper addēdo ipi circulo ligato tres ſemiſſos ſemiſſales omni fraude remota. Et ꝙ null⁹ deferēs ſeu uendēs circulos debeat ponere uel tenere in biga aliquē circulū in aliquo magagnatū. Et qui cōtrafecerit in præmiſſis uel aliquo p̄miſſoꝝ cōdemnet ꝓ quolibet circulo in.xii. denariis: & qlibet poſſit accuſare & habeat medietatē bāni.

¶De calcinariis nō habēdis & pellib⁹ nō aptādis iuxta aliquē puteū p decem perticas. Cap.XXIIII.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ aliquis nō poſſit habere neq; tenere calcinare neq; aptare pelles aliquas iuxta aliquē puteū ciuitatis uel burgoꝝ Fani per.xii perticas pœna.x.ſol.pro qualibet uice & nihilominus calcinare remouere cōpellatur: & quilibet poſſit accuſare contrafacientes.

¶De pōderibus & peſettis in cōe habendis. Cap.XXV.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ omnia & ſingula pōdera bilanciarū beccarioꝝ mercatoꝝ & artificū ciuitatis Fani & ei⁹ diſtrict⁹ & alioꝝ pōderātiū monetas cū qb⁹ moneta aliq̄ pōderat aut alia res ſiue ad ſtaterā ſiue ad bilācias ſignent & aptēt cū pōderib⁹ cōis Fani & ꝙ deinceps ſint i cōi penes officialē ad hoc ſpāliter deputatū pōdera cuiuſcūq; mōetæ & libræ ac unciaꝝ uera & utilia & ſagioli cū ipis pōderib⁹ a qb⁹ ipſi mercatores & bācherii eoꝝ pōdera hr̄e debeāt uni⁹ paritER pōderis & menſuræ ſignata & bullata bulla cōis ad hoc ſpāliter ordinata. Et oēs q cū aliis pōderibus pōderauerint condēnentur ꝓ quolibet & qualibet uice in decē lib.deñ.in pecunia numerata. & quilibet poſſit denūciare & credatur cū iuramēto & uno teſte bonæ famæ & habeat medietatem pœnæ.

¶De beccharіis & eorum officio. Cap.XXVI.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ null⁹ becchari⁹ uel alia pſona uendēs carnes recētes ad minutū i ciuitate Fani audeat uel p̄ſumat uēdere p ſe uel aliū in beccbariis ſeu aliis locis publicis ciuitatis Fani aialia aliq̄ morticina ſeu mortua morte naturali ſeu ꝓpria neq; ēt infecta uel morboſa: uel habētia pulmonariā: ſeu ēt uitiata ſeu uulnerata mortificata aut ferita: ſed dūtaxat ſana abſq; aliquo defectu exiſtētia. Et ad hoc ut oīs fraus in p̄dictis euitet uolum⁹ ꝙ beccarii ipſi & alii uēdētes aīq̄ aialia bouina occidāt illa uiua oſtendāt militi ptātis & uni ſaltem ex eſtimatorib⁹ carniū in cōſilio ſpeciali electis & deputatis: & ab eis obtēta licētia aialia p̄dicta: de qbus licentiā habuerint a p̄dictis in beccaria antiqua ciuitatis Fani iuxta portā maiorē & nō alibi iterficere debeāt ſub pœna cuilibet cōtrafaciēti ꝓ qualibet beſtia bouina decē libr̄.

¶De non inflando aliquam beſtiam. Cap.XXVII.

Vllus beccari⁹ nec aliquis ali⁹ audeat uel p̄ſumat inflare quoquomodo cū ore aut aliquo alio iſtrumēto aliquas beſtias ſeu aialia quæ occiderent ꝓ uendēdo in ciuitate Fani: ſub pœna cētū ſol.& qlibet poſſit accuſare & denūciare dño ptāti Fani uel eius officialibus: & habeat denūciator medietatē pœnæ: & teneat poteſtas & ei⁹ officialis ad petitionē denūciatoris inqrere. Et carnes prædictas quæ dicerent inflatas fuiſſe per eius militē ſeu aliū eius officialē uideri facere: & iuxta ipſius relationē & dictū: prædictos denunciatos punire & condēnare etiā ſine ꝓceſſu aliquo de facto: ſi culpabiles repti fuerint dicto & relationi dicti officialis: ſub pœna decē lib.deñ uice qualibet ptāti & ei⁹ officialib⁹ īminēte q in prædictis fuerint negligētes. Et de prædictis ēt teneant quolibet die inqrere & inqri facere ēt ex eoꝝ officio ſub pœna p̄dicta: nec audeāt uel p̄ſumāt facere ſcroffas nec uerros uel alias carnes non legitimas in beccaria nec in alio loco ciuitatis Fani niſi tantū in beccariis bactiſoloꝝ: ſub pœna cētū ſolidoꝝ den.& amiſſionis & conbuſtionis carniū in platea magna cōis faciēdæ uice qualibet qua contrafecerint in prædictis.

¶Itē q̄d nec ullas carnes alicui⁹ aialis ꝓ aliis uēdere.ſ. porcellæ caſtratæ ꝓ carnibus porci maſculi.ui delicet pecudineas aut agninas: pro carnibus edinis uel hircinis: uel montoninas pro caſtratinis uel his ſimiles.

Nota potest

Scrofe, Verru & Carnes nō legitime

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

Et ſi ab emptore uel emptoribus interrogent quales ſint dictæ carnes: uel cuius animalis teneant dicere ueritatē emere uolētibus pœna prædicta in quolibet capitulo ſupra dictorū pro quolibet & qualibet uice.

¶Item q̃ in una eadēq̃ banca nullus beccari⁹ audeat uel præſumat tenere mixtim aliquas carnes diuerſaꝝ beſtiaꝝ. p̃terq̃ carnes bouinas: caſtratinas & porcinas: & marchiati: bullati tamē bulla cæræ uiridis p officialem bullæ ſed diuerſas & ſepatas. Et qui contrafecerit pro bāno qualibet uice ſoluat cōi. xx. ſol. Teneanturq̃ tenere caſtronē marchiatū cū teſticulis non amotis: nec ab eo ſeparatis ut diſcerni poſſit marchiatus ab alio caſtrato legitimo noſtrano: ſub pœna prædicta.

¶Item q̃ caſtronus noſtranus ſanatus & bonus bullat⁹ ſit cæra rubea per dictū officialē bullæ: & ſimiliter porcus maſculus legitim⁹: quas carnes caſtratinas porcinas & merchiati nō audeāt uel præſumāt tenere in petiis ſuper dictis banchis: ſed integras ad beccarias tenere & illas dū uēdere cōtigerit: ſepatim incidere ad petitionē emere uolentiū. Nec ponere pinguedinē ſiue graſſum unius beſtiæ ſuper alia: ſub pœna. xl. ſol. uice qualibet qua cōtrafecerint in prædictis.

¶Item q̃ nō audeāt uel præſumant uēdere aliquos uentres uel budellos alicui⁹ beſtiæ ſuper banchis beccariæ: ſed in alio loco intus dictā beccariam: ſub pœna. v. ſol. ꝓ qualibet uice qua cōtrafecerint in prædictis.

¶Item q̃ nullus audeat uel præſumat in aliqua cōtrata ciuitatis Fani ſub porticu & intra porticū alicuius contratæ: tenere banchā ad beccariā neq̃ ſtare ſub porticib⁹ cōtrataꝝ ciuitatis Fani ad incidendū carnes: neq̃ ſub porticibus prædictis aliquas beſtias interficere ſeu interfectas diſcoriare: neq̃ in eis ſeu ſub eis: neq̃ in ſtratis publicis ſanguinē ſeu imūditias aliquas beſtiaꝝ eiicere ſeu proiicere per ſe uel alīū: ſub pœna contrafaciēti: uice qualibet. x. lib. deñ. Et habētes banchos ad beccariā contra formā præſentis capituli compellant inde remouere omni exceptione remota. Exceptis tamē dūtaxat bāchis battifolloꝝ quæ fieri poſſint & debeāt in locis cōſuetis extra muros ciuitatis ueteris. Et ſi beccarii uel aliquis ipſoꝝ grauarent ſeu grauari ſe dicerēt in pēſione domus beccariæ ſolitæ ſeu alicui⁹ banchæ ex bāchis eiuſdē domus in qua domo ſolum carnes legitimæ uēdi poſſint & debeāt: tūc recurſum habeāt ad cōſiliū ſpāle quod ꝓuidere poſſit & debeat ꝓut ſibi uidebit. Et nullo modo alibi q̃ in dicta domo carnes legitimæ uendi poſſint pœna. xl. ſol. ꝓ uice q̃libet. In qua domo nō poſſint teneri pelles aliquæ uel aliquæ putredines & imunditiæ ſub dicta pœna.

¶Item q̃ nō audeāt uel præſumāt dicti beccarii quotienſcūq̃ interfe-

cerint aliquas beſtias & excoriauerint: retinere pelles ipſaꝝ ad eas ſiue in eiſdē pellibus inueſtire: ſed potius ipſas beſtias excoriatas ſine pellib⁹ tā de die q̃ de nocte retinere: ſub pœna amiſſionis pellis dictæ beſtiæ applicanda officiali ſup his deputato: tā ptātis q̃ cōis Fani q primo inuenerit ſiue accuſatori qui ipſos de prædictis accuſauerit & quinq̃ ſol. pro qualibet beſtia pelle inueſtita cōi Fani applicanda.

¶Itē q̃ beccharii cuiuſlibet banchæ macelli habeāt unū par bilanciarū cū marco & pōderibus iuſtis ad pōdus cōis Fani bullatū: bulla cōis: & q̃ bilanciæ aptentur in bancho æqualiter ita q̃ una non ſit altior altera: & ecōtra una non ſit depreſſior altera cū quibus uēdere debeāt dictas carnes minuti emere uolētibus uſq̃ ad pondus dimidiæ libræ: cum dictis bilantiis illas ponderādo ſub pœna decē ſoli. uice qualibet qua contrafecerint in prædictis.

¶Itē q̃ dicti beccharii teneant dare omnib⁹ & ſingulis emētibus carnes iuſtū pōdus: ſub pœna. v. ſol. pro uncia qualibet quā dare deficerēt in prædictis & refectionis carniū in duplo: & quilibet poſſit accuſare & denunciare & habeat dimidiā dictæ pœnæ.

¶Itē q̃ licitū ſit dictis beccharis & aliis uendentibus ad retalgliū & ad minutū in ciuitate Fani carnes recentes uēdere quæ ſuperfuerint eis die Iouis de ſero: die ſabbati proxime ſubſecutura. dūtaxat a medietate mēſis Nouembris uſq̃ ad medietatem menſis Februarii proxime futurī & non in aliquo alio menſe dicti anni: ſub pœna centum ſol. pro qualibet uice qua cōtrafecerint in prædictis. Et q̃ dictæ carnes quæ cōtra formam præſentis ſtatuti uēditæ fuerint ferri debeāt ad plateā magnam dicti cōis: & ibi cōburi expenſis dicti delinquentis. Et qlibet de prædictis poſſit accuſare & denunciare & habeat tertiā partē pœnæ p̃dictæ.

¶Item q̃ dicti beccharii nō debeāt uendere ad pondus capita: unghiellas: pedes nec ſtinchilia alicuius beſtiæ: ſiue animalis: ſub pœna quinq̃ ſol. pro qualibet uice qua contrafecerint in prædictis: exceptis porcinis duntaxat.

¶Item q̃ dicti beccharii nec aliquis alius poſſit apportare uel conducere: nec per alios facere portari ad beccariā: nec ad alia loca dictæ ciuitatis in q̃bus dictæ carnes ad retalgliū ſiue ad minutū uenderent aliquas carnes recentes in ſacco uel panerio uel aliquo alio mō occultas: ſed eas palā diſcopertas & publice ut a quolibet uideri poſſint portare debeant: ſub pœna quinq̃ lib. deñ. pro qualibet uice qua cōtrafecerint in prædictis: & quilibet poſſit accuſare & denunciare & habeat tertiā partē bāni ſiue pœnæ prædictæ.

HAYKOBA БИБЛИОТЕКА ОДУ имени Н. МЕДНИКОВА

¶Item q̃ nullus beccarius audeat uel p̃sumat uel aliqs alius p uendẽdo ad retalgliũ uel ad minutũ iterficere aliquã bestiã a klẽdis mẽsis maii usq̃ ad finem mensis septembris: nisi die ueneris ad medietatẽ noctis retro usq̃ ad diem sabbati sub pena.xl.sol.uice qualibet qua contrafecerint in prædictis pro qualibet bestia.

¶Item q̃ nullus beccarius audeat uel p̃sumat pse uel alios/ aliquã die emere caprettos seu agnellos uel alias bestias: exceptis bestiis bouinis ĩ ciuitate Fani intra portam ciuitatis seu extra p unũ miliare/ usq̃ adhorã nonæ subpena decem sol. pro quolibet & uice qualibet.

¶Item q̃ nullus beccarius possit facere in macello aliquẽ agnellũ masculũ nisi primo soluerit cõi Fani quattuor sol. Nõ possint ẽt nec audeãt beccarii nec eorũ aliquis/ seu carnes uendens/ postq̃ fuerint excoriatæ a parte exteriori cutim incidere seu cingigare talgliare: siue laniare pẽa cuilibet contrafacienti in prædictis qualibet uice decem sol.

¶Teneantur etiam & debeant omnes carnes postq̃ fuerint excoriatæ uel excorticatæ bene lauare cum aqua recenti & clara & eas bñ dealbare & mundare pena cuilibet contrafacienti sol. decem.

¶Nec possint beccarii: neq̃ aliqui alii carnes uendẽ publice in diebꝰ dñicalibus neq̃ diebus pascalibus nec in diebus apostolorũ & festiuitatũ beatæ mariæ uirginis & natiuitatis beati Ioãnis baptistæ nisi post horam nonæ pena cuilibet contrafacienti.xxx.sol.

¶Item nec possint dcĩ beccarii seu uendẽtes carnes ad beccariã: tenere seu recõdere aliq̃s carnes seu lardũ in aliqua capsa uel capsõe: sed illas teneãt tenere appensas & appẽdere in beccariis ĩ apto & publico loco aerẽ: Et hẽant beccarii arbitriũ libe q̃ carnes uẽdẽdi p libito uolũtatis in uigilia natiuitatis & sabbato pascæ resurrectõis p eo p̃tio quo magis eis placuerit/ dũtũ uẽdãt carnes bõas & nõ ꝓhibitas p formã p̃tiũ statutorũ. ¶Itẽ teneãtur dicti beccarii continue facere & habere carnes uenales competenti & decẽti tpe cuiuslibet gñis & maxime carnes castratinas qualibet die abundantis a kalendis mensis iunii usq̃ ad carnis priuium Et qui contrafecerit uice qualibet.xx.sol. pena puniatur. Et de & sup p̃dictis omnibus & singulis obseruandis officialis dñi potestatis ad extraordinaria deputatus: teneatur & debeat predcã oĩa & singula in p̃tistatuto contenta facere obseruari: & de & super p̃dictis oĩ die inqrere & in p̃dictis & quolibet p̃dcõq̃ reptos culpabiles punire & cõdẽnare: & pẽas in p̃tistatuto contentas in quolibet casuũ p̃dcõq̃ in p̃dictis cõtrafaciẽtibus cũ effectu & defacto exigere: sub pena decẽ sol. dcõ officiali ab eo de facto auferẽda uice q̃libet q̃ negligens fuerit in p̃dictis uel remissus.

¶De bestiis mortuis non deferendis ad ciuitatem nisi modo & forma infrascriptis Cap.XXVIII.

Tatuimus & inuiolabiliter ordinamus q̃ nulla psona audeat uel p̃sumat portare seu deferri facere ad ciuitatẽ Fani in curru birocio: asino: paneriis: sacco/ in collo uel subtus: ingẽio aliquo seu modo/ aliquã bestiã mortuã uel infirmã/ exceptis bestiis silueſtribꝰ pena & bamno a portantibus & facientibꝰ apportari & cuilibet alteri cõtrafacienti p se uel aliũ/ cẽtũ solidoꝝ p qualibet uice. et quilibet possit accusare uel denũciare/ & hẽat medietatẽ bamni uel penæ/ & eius sacẽo stetur cũ uno teste: saluo q̃ hoc statutũ non uendicet sibi locum in soccis q̃ porcos deferunt Fanũ ad domos dñorũ uel socciorũ suorũ a festo sãcti andreæ usq̃ ad festũ carnis priuii. nec ẽt uendicet sibi locũ in bobus mãziis & aliis bestiis occisis uel lesis p lupos uel canes: q̃ bestiæ possint uendi extra portas ciuitatis tantum. Et hoc sit præcisum.

¶De Gualmedrio seu podumo omni mense faciendo. Cap. XXIX.

Tatuimus & firmiter ordinamus/ q̃ dñs potestas amicus cõis & Capitaneus sup uictualibus uinculo sacramẽti p̃cise teneãt singulis mẽsibus facere fieri gualmedrũ seu podumũ de uno boue/ uno castrone uno porco & manza & agno/ secũdũ tpa reqrentia/ uidelicet q̃ faciãt singulis mẽsibꝰ p̃dcãs bestias/ expẽsis cõis & ipas ĩ publico facere uenũdari. Et tũc sicut cõmode fieri poterit/ uiso & cognito pro quo p̃tio/ huiusmodi carnes dare possint: teneant cogere beccarios ciuitatis Fani ut uendere debeant dictas carnes pro dcõ prætio/ pena & bãno eius arbitrio auferendis. Et ad prædcã facienda/ secundũ qd continetur in prædicto statuto/ potestas cũ effectu/ oĩ exceptiõe postposita & excusatiõe remota/ teneat & debeat remediis opportunis cõpellere prædictos beccarios ad uendendũ carnes secũdũ dictũ gualmedrũ seu podumum/ ad rõnẽ dcĩ gualmedri seu podumi/ sub pœna.xl.solidoꝝ p quolibet cõtrafaciente uice qualibet/ pena eidẽ potestati cẽtũ solidoꝝ uice q̃libet iminente/ qua negligens uel remissus fuerit in prædictis.

¶Qd nulla triccola uel alia persõa emat oua bladum uel alia uictualia ante nonam causa reuendendi. Cap. XXX.

Tatuimus q̃ ad mõ inantea uendericolæ uel aliqua alia persona etiam hospites aut aliquis de eorũ familia non audeat emere pullos aues oua caseum uel alia uictualia a comitatiuis ciuibus uel aliis deferentibus cã reuendendi per unum miliare extra portas aut per totam ciuitatem uel burgos Fani ante nonam bamno.xl.sol. p qualibet uice. Et quilibet possit eas denunciare & accusare & ei credatur

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

cum uno teste & iuramento & teneat secretus cui⁹ bamni medietatem habeat accusator. Et nullus prædictorū dcō tpe audeat ire aut se appropinquare aliquibus uolentibus emere aliqua uictualia p duos passus/imo i continenti recedat/& se sepet donec dicti assistant/pena qnq; sol. pro qualibet uice/& credat accusatori cum uno teste habituro medietatem bamni. Et quilibet possit accusare contrafacientem.

¶De passo ferreo habendo. Cap. XXXI.

Tatuimus & ordinam⁹ q̃ omnes mercatores/& omnes alii de Fano ciues & forenses qui uolunt uendere pānum drappum & pignolatum uel pannū de lana & lino teneant & debeant uendere cum passo ferreo/& dictum passum sit iustum bullatum/bulla cōis ordinata & longum admodum passi cōis in petrono palatii sculpti in qualibet arte. Et sit in dicto passo brachiū & mediū brachium/tertiū/quartum & medium quartū signatū: & null⁹ pdictorū possit deinceps hre nec debeat aliquē passum de ligno uel mensurare cū aliquo alio. & qui cōtrafecerit debeat p dūm ptātem seu eius uicariū cōdēnari p qualibet uice in. xl. sol. Et nihilominus dctm passum scauezetur & mutilet & quilibet possit denunciare & accusare & sibi credatur cum iuramēto & uno teste/& habeat medietatē bamni & teneatur secretus.

¶De panno lanæ & lana non pignorandis. Cap. XXXII.

Tatuimus & firmamus q̃ nullus operarius uel opator artis pignolati & lanæ/quæ fit Fani & infuturū fiet/cōduct⁹ ab aliquo magistro uel artifice artis prædictæ/audeat uel presumat caula aliqua uel colore/pignorare uel uendere uel alienare lanam uel filatum lanæ: aut aliquod cunciū panni lanæ uel partis eius alicui pſonæ: uel aliquis uel aliqua persona debeat prædicta uel aliquod predictorū i pign⁹ accipere uel emere uel aliter accipere a prædictis operariis: sine expressa licentia & consensu magistrorū uel principalium: pena operario pignoranti uel uendenti: uel aliter alienanti: pro qualibet uice. xl. sol. Et nihilominus rem pignoratā uenditam uel aliter de facto alienatam: reluere suis propriis sumptibus & expensis teneatur. & recipienti in pignus etiā si esset hebreus i. xl. solidis & rem absq; aliqua solutione dño principali restituat. Et ementi pro qualibet uice quadraginta solid. & rem sine aliqua spe pretii rehabendi compellatur reddere dño principali: ad quem pertinere patebit. Dummodo dictus dñs unica satisfactione contentus remaneat. Et in prædictis & quolibet prædictorum fiat ius summarium magistro seu domino lanæ pignolati uel panni artem facienti sine strepitu & figura iudicii: ac summarie & de plano: statutis d causis ciuilib⁹

loquentibus: aut alio dictante quod in causa ab aliqua q̃titatē supra offeratur libellus/ aliqualiter nō obstantib⁹.

¶Quod Sartores nō possint pignorare pannos. Cap. XXXIII

Tatuimus & ordinamus: q̃ nullus Sartor/Giupponarius & curator pannorum audeat uel presumat suppignorare penes aliquam personam aliquem pannum seu uestem /nec ea utiquam haberent penes se alicuius personæ/nec commodare uel deponere/sub pœna decem librarum/& nihilominus teneantur ad restitutionem uestis seu panni ei personæ aqua habuissent/seu ad æstimationem de qua æstimatione stetur proprio iuramento eius cui restitui debet: uel aquo habuerit. & similiter nemo audeat uel præsumat penes se recipere in pignus commodatum uel depositum/ab aliquo sartore siue giupponario uel cimatore aliquam uestem completam. uel non cōpletam uel pannum/sub pœna prædicta. Et nihilominus si penes se uestem habuerit /restituere teneatur sine aliqua solutione/ Sit tamen dominus panni uel uestis unica satisfactione contētus. Et de prædictis quilibet possit accusare uel denunciare: & habeat tertiam partem banni: & credatur sibi cum uno teste bonæ opinionis & famæ. Et prædicta omnia sibi locum uendicent non obstante aliquo priuilegio uel imunitate quibus per p̄sens statutum intelligatur esse derogatum.

¶De panno bigelli & agnellini. Cap. XXXIIII.

Tatuimus & ordinamus q̃ nulla persona/audeat uel præsumat in ciuitate uel comitatu Fani facer uel fieri facere/ aliquē pānum bigelli uel agnellini/nisi de lana pecudinea seu agnellina sola/absq; alia mixtura aliarum lanarum bouinæ uel asininæ seu caninæ caprinæ uel garzaturæ sub pœna decem libr. denar. Et nihilominus dicti panni comburantur. Et prædicta non uendicent sibi locum in pannis mediolañ. Et quilibet possit accusare & denunciare & habeat tertiam partem banni.

¶De Sartoribus & Giupponariis. Cap. xxxv.

Tatuimus & ordinamus q̃ Sartores & giupponarii/teneantur & debeant uestes & diploides integraliter facere de panno eis dato / & nihil ex ipsis audeant uel presumant subtrahere /neq; in diploidibus ponere loco bambasii eis dati stuppam /lanam/tomentum uel cardaturam uel aliquid aliud: Nec fraudem aliquam in prædictis committere sub pœna & banno centum solidorum cuilibet contrafacienti pro qualibet uice. Et nihilominus ad emēdationem & interesse damnum passo teneantur faciendam sacramento damnum passi q

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

fuerit bonæ opinionis & famæ. Nullusq; sartor uel giuppõari⁹ audeat uel præsumat participare cum aliquo mercatore seu retagliatore: nec ab eis prouisionem seu salarium aliquod percipere/pro uenditura pannorum nec cum eorum aliquo societatem seu cõionem aliquam habere/ sub pœna decem librarum pro uice qualibet/qua contrafecerint: Simili pena mercatoribus seu retagliatoribus prædictis iminente/qui eisdẽ sartoribus seu giupponariis aliquid dederint seu promiserint/occasione uenditionis pãnorum seu mercationum suarum participauerint. Et de prædictis quilibet possit accusare & denunciare & habeat tertiam partẽ dictæ penæ/& credatur denunciatori cum uno teste bonæ opinionis & famæ & eius sacramento.

¶ De laboratoribus terrarum uineatarum & aratiuarum & de tempore laborerii. Cap. XXXVI.

Tatuimus q̃ laboratores conducentes terras uineatas ad laborandum a dominis & possessoribus seu locatorib⁹ ipsarum uinearum: ciuitatis: comitatus: uillarum & districtus fani/ teneãtur & debeant putare/ficcare/leuare & palmare bene & diligenter/ fideliter & sine fraude ad usum boni laboratoris dictas uineas/per totũ mẽsẽ februarii/pena quinq; solidorum pro qualibet texera dictarum uinearum non facta ut supra. Et ipsas uineas uangare uidelicet quæ uangandæ sunt/sappare quæ sappandæ sunt usq; ad medium mensẽ aprilis/pena prædicta pro qualibet texera non laborata ut supra. Et canneta uangare per totum mensẽ martii: Pena pro quolibet canneto non uangato ut supra centum solid. Et ipsas uineas refrangere quæ refrangendæ sũt: secundum pacta firmata inter ipsos laboratores & dominos prædictos per totum mensem Iunii: pena prædicta quinq; solidorum p̃ qualibet texera non refrancta: Et laborare oliuas per totum mensem maii pena cẽtum solidorum & dicti laboratores oliuarum pro una laboratura nõ possint nec debeant habere nisi unum recolectum oliuæ. Et si contrafecerint in aliquo casuum prædictorum: ultra penas prædictas: perdãt medietatem eius partis uini: oliuarum & aliorum fructuum eos tangentium pro parte eorum: & deueniat & conuertatur in usum & utilitatem dominorum uinearum & possessionum p̃dictarum: & penæ prædictæ deueniãt in cõe. Et teneantur nihilominus dictas uineas suprascriptas & infrascriptas laborare & colere ifra. x. dies postq̃ denũciatũ fuerit dño ptãti: alias liceat dominis possessionũ illas laborari & coli facere expensis ipsorum laboratorum ab eis recuperandis. Et teneat dñus potestas uel eius uicarius in præmissis procedere summarie de plano & sine strepitu & figura iudicii ad instantiã dñorũ seu locatorũ possessionũ prædictarum omni solemnitate iuris omissa diebus feriatis & non feriatis. Et si ipse potestas uel uicarius fuerit negligens & remissus in prædictis perdat de suo salario quinquaginta lib. cõi applicandas. Insuper statuim⁹ q̃ laboratores seu cõductores uincaretorũ: teneant & debeant uincareta ab eis cõducta spazare & herbas: rogos & spinas in ipsis uincaretis existentes roncare: bene & diligenter ut decet per totũ mensem Maii: pœna centũ soli. pro quolibet cõtrafaciente. Et nihilominus ad spazandũ & rõcandũ dicta uincareta illinc ad decem dies post dictũ mensem penitus teneant: & congruis tẽporibus uincos incidere bona fide sub pœna prædicta. Et teneant & debeant laboratores prædicti si terras prædictas uineatas & oliuatas renunciare uoluerint dñis seu locatoribus earum ipsas renunciare de mense Maii: dũtamen bene laboratas & cultas ut supra. Et in ipsa renunciatiõe mutuũ seu depositũ si quod habuerint a dictis dñis seu locatoribus eis reddere & restituere integre & cũ effectu Et ipsa renunciatio aliter facta nõ ualeat ipso iure sed terræ ipsæ recõductæ intelligant & sint pro anno sequẽti a laboratoribus antedictis modis & cõditionibus antedictis. ¶ Item statuim⁹ & ordinamus q̃ laboratores cõducentes terras aratiuas ad laborandũ teneant & debeant eas rumpere per totũ mensem Aprilis & refrangere per totũ mensem Iunii. Et remenare per totum mẽsem Augusti: & serere seu seminare per totũ mensem Nouembris ad plus omnib⁹ eorũ laboratorũ sumptibus laboribus & expensis bene diligenter fideliter & sine fraude ad usum boni laboratoris pœna decem lib. deñ. in quolibet dictorũ casuũ seu capitulorum pro quolibet cõtrafaciente cõmuni Fani applicandarũ & damnorum & interesse dñorũ seu locatorũ terrarũ prædictarũ. Et teneat potestas prædictus seu eius uicarius in prædictis procedere ut supradictũ ẽ de terris uineatis sub dicta pœna qnquaginta lib. Et uolẽtes renunciare dictas terras aratiuas teneant eas dñis seu locatorib⁹ eaq renũciare de mẽse Iulii. Et depositũ seu mutuũ si quod habuerint a dñis seu locatorib⁹ eis restituere in ipsa renũciatione. Et de dictis mẽsibus teneant dñi seu locatores dictaq terraq tam uineataq q̃ aratiuaq singula singulis referendo: terras ipsas laboratorib⁹ seu cõductoribus antedictis renunciare si uoluerint. Et eo casu teneant laboratores & cõductores dictaq terraq dñis seu locatorib⁹ mutuũ seu depositũ restituere anteq̃ fruct⁹ aliquos in totũ uel in ptem de dictis terris amoueant pœna dupli dicti depositi seu mutui cõi applicãda. Et aliter facta renunciatio nõ ualeat: sed terræ prædictæ reconductæ intelligant ut supra.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА
ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

De prezarolis & eorum mercede: & de salario seu mercede asinariorum carizatorũ & bubulcorum. Cap.xxxvii.

Tatuimus & præsenti edicto in perpetuũ & inuiolabiliter obseruando decernimus q̃ prezaroli non possint accipere a Kalẽdis mensis Ianuarii: usq̃ ad mediũ mẽsem Februarii: ultra tres bonoñ. pro quolibet & qualibet die. Et a medio mense februarii usq̃ & per totũ mensem Martii ultra quatuor bonoñ. Et a kalendis mensis Aprilis usq̃ & per totũ mensem Iunii: ultra quinq̃ bonoñ. Et a kalendis mensis Iulii usq̃ & per totũ mensem Septẽbris: ultra bonoñ. quatuor. Et a Kalendis mensis Octobris usq̃ & per totũ mensem Nouembris ultra tres bonoñ. Et de mense Decẽbris bonoñ. duos. Fenatores autem & messores ad fenandũ seu ad metendũ non possint accipere ultra septem bonoñ. Et q̃ tẽpore uindemiarũ carizantes cũ bobus: curru & uastella non possint accipere pro die qualibet & quolibet eorũ ultra decẽ & octo bonoñ. Et si conducerent̃ pro parte diei uel pro uno cursu: uel duobus ubi plures cursus fierent nõ possint accipere nisi pro rata eius quod cõmuniter accipitur illa die pro tota dieta: & asinarii non possint accipere pro quolibet & qualibet die cum asino & barilib⁹ ultra septẽ bonoñ. Et si conducerent̃ pro parte diei uel pro uno cursu uel pluribus nõ possint accipere nisi pro rata eius quod cõmuniter accipit̃ illa die pro tota dieta: & pro solo asino cum barilibus dato ad menandũ: nõ possint accipere ultra tres bonoñ. in die: & si asinus solus cũ barilibus conducerẽtur pro parte diei: uel pro uno cursu uel pluribus nõ possint accipere ultra ratam eius quod cõiter illa die pro tota dieta: & teneant̃ & debeãt asinarii & carizatores prædicti facere cursus plures secũdum consuetudinẽ locorũ & morẽ ciuitatis Fani. Et bubulci cũ bobus ad arandũ non possint accipere tẽporibus quibus terras rumpũt: ultra boñ. xii. ꝑ quolibet & qualibet die. Tẽporibus uero q̃bus terras refrangũt seu remenant ultra boñ. xiiii. pro quolibet ut supra. Et tẽporibus q̃bus terras serunt seu seminãt: ultra boñ. xvi. pro quolibet & qualibet die sub pœna. xx. sol. ꝑ quolibet tam dãte q̃ accipiẽte cõtra formã præsentis statuti & uice qualibet in quolibet casuũ prædictorũ: & nihilominus pactũ aliter factũ non ualeat neq̃ teneat. Et quilibet possit accusare & denũciare & habeat medietatẽ bãni: & credat̃ denunciatori cũ uno teste & eius sacramento. Et teneatur ptãs singulis annis in principio mensis Ianuarii & in principio mensis Septẽbris: præsens statutũ facere preconizari per loca publica & consueta ciuitatis Fani: sub pœna dicto potestati. x. lib. uice q̃libet: qua contrafecerit in prædictis.

Quod carratores cõducẽtes currus per ciuitatẽ Fani tenere debeãt manũ sup temonẽ: & asinarii post somerium. Cap.xxxviii.

Tatuimus & ordinam⁹ q̃ carratores cõducentes currus per ciuitatẽ uel burgos Fani teneantur & debeant tenere manus sup temonẽ & qui contrafecerit soluat ꝑ bãno cõi Fani quinq̃ sol. pro qualibet uice. Et quilibet possit accusare contra faciẽtes. Item q̃ omnes & singuli asinarii postq̃ fuerint in ciuitate teneãt̃ ire post somerios suos. Et qui contrafecerit soluat pro bãno pro qualibet uice tres sol.

De salario magistrorum lignaminis & muratorum siue lapidum. Capi. XXXVIIII.

Tatuimus & ordinamus q̃ magistri lignaminũ & lapidũ siue muratores: a festo sancti Michaelis usq̃ ad pasca resurrectionis nõ possint accipere pro suo labore quolibet die ultra sex boñ. Abinde uero supra usq̃ ad festũ prædictum non possint accipere qualibet die ultra octo boñ. sub pœna & bãno. x. sol. pro quolibet contrafaciente. Et quilibet manigius dictorũ magistrorũ non possit accipere a festo sancti Michaelis usq̃ ad Pascha ultra tres bonoñ. Et a pasca usq̃ ad prædictum festũ ultra quatuor bonoñ. sub pœna quinq̃ soli. pro quolibet & qualibet uice: & habita dicta mercede ut supra in quolibet casuũ prædictorum dicti magistri & operarii teneant̃ opari eorũ sumptibus et uictu: & non illorũ pro quibus operant̃: sub iam dicta pœna.

De salario ferratorum & fabrorum. Cap: XL.

Tatuimus q̃ ferrator pro ferro equi magni ronzini seu muli & ferratura cum clodis opportunis nõ possit accipere ultra duos bonoñ. Et pro trahendo & remittẽdo cum aptatiõe pedis cum clodis opportunis deñ. decem. Et ꝑ ferro asini & ferratura boñ. unum. Et pro trahendo & remittendo ut supra deñ. sex. Item q̃ fabri non audeant uel præsumant accipere pro sutilgliãdo & arotando seu limando sappã seghettum uangã & manariã seu securim & falcionẽ ad incidendum ligna & quodlibet aliud ferrũ manuale: ꝑ quolibet prædicto ferro. vii. deñ. tm̃ & non ultra. Item pro cultro uel gomeria decẽ deñ tm̃. & pro arotando tm̃ deñ tres & non ultra. Et ꝑ segatura falcis deñ. xii. pœna & bãno cuilibet prædictorũ cõtrafacienti in prædictis: & quolibet p̃dictorum huius capituli. xx. sol. Et quilibet possit accusare & denunciare cõtrafacientes: & habeat medietatẽ bãni seu pœnæ. Et ptãs teneat̃ in pricipio sui officii eis hoc statutũ legi facere & ab eis & quolibet p̃dictorũ fabrorũ iuramẽtũ & fideiussores assumer̃ q̃ hoc statutũ debeãt obser-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНТУ імені І. МЕЧНИКОВА

uare. Et ipse potestas etiã faciat obseruari: & etiã inquiri faciat cõtra eos singulis mẽsibus si ea bene obseruant. Et si ipsi ferratores & fabri prædicti obseruare recusarẽt: & propterea artẽ eorũ exercere nollent priuentur etiã omni beneficio ciuilitatis & statutorũ ciuitatis Fani. Et si potestas ipse fuerit negligẽs in prædictis perdat de suo salario. x. lib. deñ. Et prædicta locum habeant in ciuibus comitatiuis incolis & habitatoribus ciuitatis comitatus & districtus Fani tantũ.

¶ De salario & mercede sartorum. Cap. XLI.

Tatuimus & ordinamus q̃ nullus sartor pro mercede sua audeat uel præsumat accipe ab aliqua persona: ultra quãtitates infrascriptas: uidelicet de qualibet clamide ab homine octo bonoñ. de quolibet indumẽto ab homine octo boñ: uidelicet cum bottonis: de quolibet caputeo bonoñ. duos: de quolibet pare caligarũ clausarũ boñ. sex: & de omni gabano simplici octo boñ: & si fuerit duplus. xii. boñ. & de omni giacchio sine cingighettis ab homie. xii. boñ. de omni giornea sine frappis boñ decem: & cũ frappis boñ. xii. de omni gabano ad usũ mulieris non facto ad intalglũ. xiiii. boñ. & de omni cocta seu camorra a dña uiginti boñ. & de omni guarnello a dña octo boñ. & de omni gabano ueluti: setæ uel scarlacti cum frodis triginta boñ. & sine frodis uigintiqnq̃. giopponarii autem cum bottonis non possint accipere ultra decem boñ. pro giuppono guolibet. si nõ fuerint sirici siue ueluti. si autem fuerint sirici uel ueluti bonoñ. xx. pro quolibet giuppono. de indumentis uero uel giacchis giorneis uel giupponis seu diploidib9 nõ possint accipere pro filo seu refe ultra unum bonoñ. pro quolibet. Et prædicta intelligantur in uiris a quindecim annis supra: & in mulieribus a duodecim annis supra: & a quindecim annis infra usq̃ ad decem in uiris. & a duodecim annis infra usq̃ ad octo in mulieribus accipiant quantum minus cuiuslibet quãtitatũ prædictarũ in quolibet casuũ prædictorum: & ad decem annis infra usq̃ ad qnq̃ annos in uiris: & ab octo annis infra usq̃ ad quatuor in mulieribus: medietatẽ minus dictarũ quãtitatum in quolibet casuũ prædictorũ: sub pœna uiginti sol. pro quolibet contrafaciente & qualibet uice.

¶ De aurificibus. Capi. XLII.

Tatuim9 & ordiam9 ut falsitas ĩ aurificib9 euitet q̃ aurifices ciuitatis Fani nõ possint laborar de aliquo argẽto nisi fuerit ab octo ligis supra: & q̃ aurifices ciuitatis Fani ad dictã ligã facere teneant & laborare omne laboreriũ argenti quod ipsos facere cõtigerit

in ciuitate p̃dicta. Et de minori liga nõ possint laborare in dicta ciuitate argentũ aliquod: de meliori autẽ & maiori facere possint ad petitionem cuiuslibet meliorẽ ligam uolentis: & in aliquo laborerio argẽti nõ audeant imiscere clauos de ære seu auricalco. Nec audeant uel præsumant ligare in auro aliquod uitrum uel aliquid contrafactũ sub pœna aurifici prædicto cõtrafacienti in prædictis pro qualibet uncia argenti laborati contra formã præsentis statuti quadraginta sol. & pro quolibet annulo aureo ligato contra prædictã formã decem lib. deñ. Et quilibet possit accusare & denunciare & habeat dimidiã pœnæ. Et quod dicti aurifices habere debeant bilancias suas cum põderibus & marco ad pondus cõmunis Fani ut in statutis expressum est. & ipsas facere bullari bulla communis Fani & potestatis ut in statutis continetur. Et dicti aurifices non possint nec debeant uendere argentum unius ligæ pro alia: pœna decem lib. pro qualibet uncia.

¶ De calce & gesso. Cap. XLIII.

Tatuimus & ordinamus q̃ nemo audeat uel præsumat uendere in ciuitate uel comitatu Fani calcẽ ultra sex ducatos centenarium mensurarũ ad rationẽ quadraginta boñ. pro ducato: & ad dictã rationem uendẽdo ad minutũ: ad mensurã bullatam & iustatam cum mensura lapidis cõmunis secundũ formã statutorũ dũmodo calcina sit in cotanis bene cocta & non sit trita. Si autẽ fuerit trita eam uẽdere non possit ultra ducatos quatuor centenariũ mensurarũ ut supra: & etiam ad minutũ. Et teneatur quilibet uendẽs calcem uiuã illam dare & portare ad domũ ementis & secũ mensurã deferre ut supra bullatam: & ibidem eam mẽsurare prædictã pro pretio antedicto: & nihil ultra accipere possit neq̃ debeat quoquomodo sub pœna quinq̃ sol. pro qualibet mensura. Item q̃ nemo audeat uel præsumat uendere mensurã gessi boni & bene cocti triti & stacciati seu creuellati ut decet ultra tres boñ. cum dimidio portati & mẽsurati ut supra de calce dictũ est. Et teneant uenditores prædicti tam calcẽ q̃ gessum ad mensurã culmã mensurare pœna & bãno pro qualibet mẽsura: & quolibet contrafaciente & qualibet uice qua cõtrafactũ fuerit in aliquo prædictorũ decẽ sol. Et quilibet possit accusare & denunciare & habeat medietatẽ bãni.

¶ De forma lapidum & cupparum. Cap. XLIIII.

Tatuimus q̃ linea seu forma lapidũ & cupparũ planellarum & quadrellorũ sit designata & sculpta in muro palatii cõis Fani. Ita q̃ non possit defraudari ad modum: quarum formarum lapides seu matoni planellæ: quadrelli & cuppæ facti & cocti deueniant

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

in longitudine grossitudine & latitudine ipsarū formarū: Et q̃ dictas lineas seu formas habere & tenere debeāt fornaciarii ferratas iustas & bullatas bulla cōis & ptātis Fani pena contrafacienti pro quolibet & qualibet uice in quolibet ex casibus supradictis cētū sol. Et quilibet possit eos accusare & denunciare & teneatur secretus in quolibet ex casib⁹ supradictis/& habeat medietatē & credatur accusatori cum sacramento: & uno teste bonæ conditionis & famæ.

¶ Quantum uendantur miliaria lapidum /cupparum / planellarum & quadrellorum. Cap. XLV.

Tatuimus q̃ miliare matonorū seu lapidum uendi non possit ultra duos ducatos & .xv. boñ. ad rationem .xl. boñ. ꝓ ducato. Miliare planellarū & quadrellorū non possit uēdi ultra duos ducatos ad dictā rationē. Miliare cupparum non possit uendi ultra tres ducatos & boñ. xv. ad dictā rōnem. Et dicimus in bōis lapidib⁹ cuppis planellis & quadrellis bñ coctis conductis ad domū emptoris sumptibus & expēsis uenditoris. Et siquis de p se uellet a fornacibus carizare dictos matonos cuppas plenellas siue quadrellos quos emisset /detrahat̃ de p̃ciis antedictis id quod iuste detrahi deberet pro careggiatura p̃dcā Et qui contrafecerit in prædictis soluat pro bamno qualibet uice uigīti sol. in pecunia nūerata sine cōpensatione aliqua. Et quod ultra acceperit restituat in duplū danti. Et q plus dederit teneat̃ denunciare curiæ dñi ptātis/& credat̃ sacramento emptoris. Et quilibet possit denunciare & accusare & teneatur secretus & sibi credat̃ cum suo sacramento.

¶ De pistoribus & panem uendentibus. Cap. XLVI.

Tatuimus & ordinamus q̃ pistores & panem uendentes i Fano teneāt̃ & debeant panem uendere ad iustum pondus & secundum gualmedrū & ordinem infrascriptum. Et nullū uolētem panem emere uocare p̃sumāt pena quinq̃ sol. ꝓ qualibet uice. Et teneat̃ uendericolus panē cū bono gausape albo copertū tenere & hre unum baculū cū quo uolens emere panē ip̃m tangat & nō cū manu cōtrafaciens in soldos quinq̃ uice qualibet puniatur pro dimidia cōi & dimidia accusatori applicanda. Et teneat̃ facere panē bene coctū & leuatū legalis ponderis secundū ordinem infrascriptū. Et si panis fuerit repertus minus pensa de eo quod ordinatum fuerit soluat pro quolibet pāe tres deñ. & panē perdat & detur carceratis incarceribus cōis. Et miles socius potestatis uel alter officialis adhoc deputatus teneat̃ bis i hebdomada ire ad scrutandū & ponderandū dictū panē. Et quilibet uolēs facere panē buffectū bonū possit facere ad uoluntatē capitanei sup uictualib⁹

deputati cū podumo per eū deputādo illud adaptādo inquantū poterit ordini infrascripto qui talis est uidelicet.

Q uando mensura grani pulchri & nitidi ualet boñ. decem detur panis de decem unciis albus bene coctus & bene studiatus pro duobus deñ.

Q uando mensura ualet boñ. xii. detur panis de nouem unciis bene coctus pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xiiii. detur panis ut supra bene coctus de octo unciis pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xvi. detur panis ut supra bene coctus de septem unciis pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xviii. detur panis bene coct⁹ ut supra de sex unciis pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. uiginti: detur panis de quinq̃ unciis bene coctus ut supra pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xxii. detur panis de quatuor unciis cū dimidia pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xxiiii. detur panis de unciis quatuor pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xxviii. detur panis de unciis tribus cū dimidia pro duobus denariis.

Q uando mensura ualet bonoñ. xxxii. detur panis de unciis tribus pro denariis duobus.

Q uando mensura ualet bonoñ. xxxvi. detur panis de duab⁹ unciis & tribus quartis pro duobus denariis.

Et abinde supra pro rata. Et hoc statutū nō intelligatur in uendētib⁹ panem de extra ciuitatē apportatū ut hactenus extitit consuetū.

¶ De fornariis & eorum salario. Cap. XLVII.

Tatuimus & ordinamus q̃ fornarii coquētes panes in ciuitate Fani pro eorū salario & mercede si coquerint panē pro pecunia non possint recipere pro qualibet mensura farinæ ultra unum boñ. Si uero coquerint panem & pro eorū solutiōe panes recipiāt ab eis quorū panes coquerint: si panes coquerint cum eorū lignis habeāt unū panem pro uigena. Si uero cū lignis alienis coquerint recipiant pro singulis duabus uigenis unū panē: & non possint calefacere furnū cū nochio uel aliis rebus fetore præbētibus sub pœna .xx. sol. pro qualibet uice. quā pœnā potestas exigere teneat̃ ad petitionē cuiuslibet conquerētis sub pœna eidē ptāti .xx. sol. uice qualibet īminēte. Et teneantur & debeant prædicti fornarii coquere panē cuilibet uolēti mō prædicto: sub

pœna.x.ſol.uice qualibet qua recuſauerint: & de recuſatione ſtet̃ ſacramento illius qui panẽ facere uoluerit. Et teneant̃ dicti furnarii illis quibus panẽ coquerint de pane recepto reddere rationẽ & aſſignare totum panẽ receptũ dũtaxat ſibi retento pane quem recipere debet modo prædicto: ac ad emendationẽ panis deuaſtati ſeu male cocti: culpa dicti furnarii uel non reſtituti teneant̃. Et teneant̃ & debeant furnarii prædicti continue tenere furnos paratos ad coquendũ & cõtinue calefacere furnos & eos caldos tenere ad coquendũ: ſub pœna.x.ſoli.uice qualibet. & poſſint furnarii prædicti de nocte ire pro eorũ miniſterio exercẽdo cum lumine tamẽ libere & impune & ſint exempti ab oneribus ꝑſonalibus. Et teneat̃ poteſtas per eius officiales uidelicet per militẽ ſeu alium eius officialẽ ſolicite omni ſeptimana ad minus ſemel omnes furnos ciuitatis Fani facere perſcrutari ſi furnarii calefaciunt furnos cũ nocchio uel aliis rebus fetorẽ præbẽtibus uel non: & rimari domos dictorũ furnariorum ſi in eis reperiunt nochiũ: & ſi reperierint illud faciãt proiici extra domũ & nihilominus quẽlibet habẽtẽ condẽnet in.xx.ſoli. Et de prædictis quilibet poſſit accuſare & denũciare & habeat dimidiã pœnæ. Et capitaneus deputatus ſup furnariis & furnaciariis teneat̃ prædicta facere obſeruari ſub uinculo iuramẽti: & pœna ĩ ſtatuto de eiꝰ officio cõtẽta.

norij exempti ab oneribus ꝑſonalibus

potas

ſup fornarijs & fornacia.

¶ Quod nullus utatur barilibus non bullatis. Cap.XLVIII.

Tatuimus & ordinamꝰ ꝙ nullꝰ utat̃ barilibꝰ niſi bullatis bulla cõis: & dñi ptãtis per officialẽ ad hoc deputatũ: & qui contrafecerit ſoluat pro bãno decẽ ſoli. Et q eos aliter bullauerit uel bullari fecerit ſoluat pro bãno centũ ſoli. Teneat̃ quoq; officialis deputatus ad bullandũ facere bullari barilia ſecundũ modũ & quãtitatẽ quã tenet barile cõis. Et quilibet poſſit accuſare & denunciare: & habeat medietatem bamni.

ſ. L. 1. rap. 40.

¶ De cimatoribus pannorum. Cap.XLVIIII.

Tatuimus & ordinamꝰ ꝙ cimatores pannorũ accipere nõ debeant neq; poſſint pro cimatura de quolibet brachio pãni Franciſci mediolanẽſis & florentini fini niſi mediũ boñ. & de quolibet brachio alteriꝰ pãni ultra deñ.ſeptẽ: & uſq; in dictã quãtitatẽ accipe poſſint & debeãt & nõ ultra ut dictũ ẽ. Et qui cõtrafecerit ſoluat ꝑ quolibet brachio pãni.v.ſol. Et qlibet poſſit accuſare & denũciare: medietas cuius bãni ſit cõis & alia ſit denunciatoris & ſit ſecretum.

¶ De his quæ prohibita ſunt calzolariis. Cap.L.

Tatuimus & ordinamꝰ ꝙ calzolarii cũ aqua putrida curamẽ nõ lauent nec lauari faciant ullo mõ: & ꝙ putredo ex curamine uel occaſione curaminis in plateis publicis uel uiis uicinalibus non fiat nec proiiciat̃: & calcinaria fiant extra ciuitatẽ & nõ in ſtratis publicis: nec iuxta ſtratas currentes & in burgis fiãt in remotis curtibꝰ & foſſis & in domibus muratis ubi nõ ſunt habitãtes dũmodo non ſit in uiis publicis atq; ſtratis & in domibꝰ iuxta ipſas ſtratas & uias. Et liceat calzolariis lauare curamen eorũ in aqua molendinorũ cõis de porta noua ex parte inferiori uſq; ad mare: ab inde ſupra non: & liceat mollare & in mare mittere ad eorũ uoluntatem: & qui cõtrafecerit ſoluat cõmuni pro bamno quadraginta ſoli. pro qualibet uice. Et quilibet poſſit accuſare habiturus medietatẽ bamni. Et ꝙ nullus calzolarius cum pinguedine calefacta uel bullita ungat pelles aliquas in ſtrata publica nec aliquam putredinẽ de maſtellis in uiis publicis proiiciant nec proiici faciant: cum fetorem tranſeuntibꝰ præbeat ſatis grandẽ: Nec pelles fetidas & piloſas ante banchas & in ſtratis publicis extendere nec tenere præſumant: ne animalia expaueſcant: nec aliquã putredinem in ſtratis publicis proiiciant. Contra faciens ſoluat quadraginta ſoli. Et poteſtas inquiri faciat diligenter ſemel in hebdomada & nõ proiiciant ipſi calzolarii: nec proiici faciant pelles in banchis: & ꝙ aliquis calzolarius non præſumat nec attentet aptare curamen ante portas in quibus ſunt picturæ beatæ Mariæ & aliorum ſanctorũ & ſub dictis portis aliquid facere de dicto curamine ibi faciendo: nec ipſi nec aliqua perſõa ad bãnum uiginti ſoli. de quo bãno medietatem habeat accuſator: & credatur dicto accuſatoris ſoli uel denunciatoris & habeatur ſecretus. Et teneatur poteſtas hoc præciſe facere obſeruari.

Nota potas

¶ De his quæ prohibita ſunt pelliparijs. Cap.LI.

Tatuimus ꝙ pelliparii ad operandũ artẽ pelliparię prope puteos publicos non morentur nec morari permittant̃: Ita ꝙ ab eis aqua alicuius putei non poſſit aliquatenus deturpari. Nec aliqui alii faciant ibi aliquã putredinem: cõtrafaciens in quadraginta ſoli. cõmuni bamni nomine puniatur et nihilominus repellatur. Et nullus deinceps pelliparius audeat mulſam ſeu concimen pellium ubi fit habitatio hominũ facere uel tenere: nec pelles cum de mulſa trahuntur ad ſiccandũ eas extendere in plateis uel in banchis ut ſupra dictũ eſt iuxta ſtratas tenere uel in altum iuxta ipſas ſtratas tã modico ſpacio ꝙ trãſeuntibus fetorem ingerant retinere: & qui contrafecerit ſoluat cõmuni pro qualibet uice.xx.ſol.

HAYKOBA БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І.МЕЧНИКОВА

¶De non proiiciendo aliquam ímunditiam seu putredinem uel animalia mortua in plateis seu uiis ciuitatis & burgorum Fani nec in cloacis: nec in foueis cõmunis. Cap.LII.

Tatuimus & ordinamus ꝙ nemo audeat uel præsumat proiicere nec proiici facere in plateis seu uiis ciuitatis & burgoꝝ Fani: nec in cloacis existẽtibus in dictis plateis seu uiis nec in foueis cõmunis Fani aliquam ímundiciã seu putredinẽ: uel pilum uel sanguinem uel animalia mortua: Nec letamen nec felcaturas fouearũ a grano nec alias res fetidas pœna & bãno quindecim bonoñ. cuius pœnæ tertia pars sit cõmunitatis Fani: tertia inuentoris & exequutoris: alia uero tertia sit accusatoris ad quã pœnam teneatur & obligatus sit pater pro filiis & pro tota eius familia proiiciente: & patronus pro famulis & famulabus ac tota eius familia: pro quolibet & qualibet uice. Et nihilominus ad mandatũ militis seu alterius officialis potestatis qlibet proiiciens seu proiici faciens remouere teneatur & debeat putredines & imundicias p̃dictas eadem die qua sibi mandatũ fuerit & portare extra ciuitatẽ & burgos Fani ad loca cõmoda & ímunditiis recipiendis idonea sine aliquorum iniuria: & non in stratis seu uiis. Et miles potestatis uel alter officialis eiusdem teneatur & debeat prædicta facere obseruari & proiectores cõpellere ad remouendum & portandũ ut dictũ est. Et si imundiciæ non remouerent & portarentur eadẽ die qua sibi præceptum fuerit cõtrafaciens pœna bonoñ. xxx. monetæ ueteris puniatur cuius pœnæ tertia pars applicetur exequutori: residuũ uero sit cõmunitatis. Et quilibet possit accusare & denunciare & habeat tertiã partem bãni: Et credat accusatori seu denunciatori cũ sacramẽto. Et si miles prædict⁹ uel alter officialis super hoc deputatus fuerit negligẽs & remissus in exequẽdo prædicta perdat de suo salario centum solidos cameræ cõmunis applicãdos pro qualibet uice cõtrauentionis retinendos de salario domini potestatis totiens quotiẽs ĩ dictam pœnã fuerit incursum: p depositariũ cõmunis Fani sumptibus & expensis dicti exequutoris: & prædicta nõ uẽdicent sibi locũ in terrenis: glareis: calcinatiis letamine & fecib⁹ quæ proiicerent & ꝓiici necesse essent in stratis & uiis publicis occasione ædificiorũ & expurgatiõis faciẽdæ de puteis: de latrinis: & de stabulis: in qbus oibus statuat terminus triũ dieꝝ a die præcepti ad exportandũ siue exportari faciendũ supredictas ímũditias: & plus & minus arbitrio officialis attẽta quãtitate & qualitate: & copia prædictoꝝ quo termino elapso in casu cõtrauentionis incurrant in pœnam spreti mandati.

¶De aqua oliuarũ non proiiciendа in uiis. Cap.LIII.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ nulla psona terrigena uel forẽsis audeat uel p̃sumat aquã oliuaꝝ seu morchiã ꝓiicere seu ꝓiici facere uel mittere in plateis seu uiis cõis nec in foueis cõis: nec ĩ aliis locis p quæ possit in ipsas foueas cõis aqua seu morchia oliuaꝝ deriuare. Nec facere foueas uel puteos in quibus aquam seu morchiam prædictam ꝓiiciat: sed teneat & debeat totã dictam aquã seu morchiã portare ad mare seu ad uallatũ molẽdinoꝝ a cassaro: pœna & bãno centũ sol. ꝓ quolibet & qualibet uice. Et quilibet possit accusare & denũciare & habeat quartã ptem bamni.

¶De aqua broaldoꝝ non proiiciẽda in uiis. Cap.LIIII.

Tatuimus & ordinam⁹ ꝙ nemo audeat uel p̃sumat ꝓiicere aquã broaldoꝝ in uiis cõis: nec aptare ipsos broaldos seu lauare caldumina ĩ p̃dictis uiis: pœna. xl. sol. ꝓ quolibet & q̃libet uice Et quilibet possit contrafacientes denunciare & habeat quartã partem condemnationis prædicte.

¶De preconizando quolibet die ueneris ut plateæ spazentur seu scopentur. Cap.LV.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ ptãs teneat facẽ bãniri quolibet die ueneris p preconẽ cõis in locis publicis & cõsuetis ꝙ oẽs & singuli de ciuitate & burgis Fani: debeãt ante eoꝝ domos quolibet die sabbati spazare/scopare & mũdare plateas & stratas seu uias: & lutũ & ímunditiã inde portare extra ciuitatẽ ut supra in statuto superi⁹ expresso cõtinet & discõbratas omnib⁹ rebus tenere ne trãseuntib⁹ impedimentũ darẽt. Et q cõtrafecerit soluat ꝓ bãno soli. y. & teneant conductores domoꝝ stationũ & alioꝝ terrenoꝝ & nõ locatores ãte domos p eos cõductas quolibet die sabbati spazare/scopare & remũdare plateas & stratas p̃dictas & lutũ & ímunditiã inde portare & discõbratas tenere ut dictũ est pœna p̃dicta. Et teneat ptãs mittere militẽ seu aliũ ex suis officialib⁹ singulis dieb⁹ dñicis p ciuitatẽ & burgos ad uidendũ si p̃dicta bñ obseruãt & quos iuenerit cõtrafaciẽtes de facto sine ulla cõdẽnatione puniat pœna p̃dcã. Et si ptãs fuerit negligẽs pdat de suo salario lib. x.

¶Q uod nullus trahat uel exportet granũ: farinã uel bladũ aliud extra districtum Fani. Cap.LVI.

Tatuim⁹ & ordinam⁹ ꝙ nulla psona terrigena uel forẽsis audeat granũ uel frumẽtũ farinã/uel aliqd aliud bladum extrahere de ciuitate comitatu & districtu Fani cã extrahẽdi & alio portãdi absq; licẽtia cõsilii spãlis. & q cõtrafecerit granũ & farinã pdat & ẽt

aialia sup qbus portarent: Et insup condenet cameræ in.x.lib.den.pro
qlibet salma: & officiales ad quos spectat diligete inqsitione de hoc face
re teneant bano centu lib.den. Insup qlibet possit accusare & denuciare
oes & singulos cotrafacietes in pdictis & quolibet prædictorum: & credat
accusanti seu denuciantí cu sacrameto & teneat secretum & uno teste bo-
næ coditiois & famæ. Liceat tame no obstatibus pdictis ciuibus Fani pro
eorum uita & usu & pseminibus eorum possessionu portare & portari face
re per tota diocesim & territoriu ciuitatis Fani dicta uictualia absq; ali-
qua solutione: & etia studetes de ciuitate Fani & comitatu possint extra
here granu & oleu pro eoru uictu sine aliqua solutione cu licentia dnorum
priorum: cum iurameto ipsoru studentiu seu mittentiu q uolunt ex
trahere pro uictu ut supra.

De puteis remundadis & seligandis per homines & uicinos illarum
contratarum in qua sunt & illis utuntur. Cap.LVII.

Tatuimus & ordinamus q homines & uicini illius cotratæ ciui
tatis & burgoru Fani in qua sunt putei publici teneant dictos
puteos singulis annis semel remundare & seligare circu dictos
puteos & aptare & eosde manu tenere: qui putei habeant & habere de-
beant os eleuatu per tres pedes & muratu sumptibus uicinorum: & uici
ni itelligant oes habitates prope dictos puteos ad trecetos pedes uel ab
inde infra: & oes q accederet ad hauriendu aqua ex eis: sub pœna.x.lib.
p quolibet cotrafaciete & uice qualibet applicada p tertia pte officiali
inueton: & q prædicta obseruari fecerit: & p residuo p medicrate came
ræ apostolicæ: & p alia coi Fani: & nihilominus teneat dci uicini ad pdi
cta obseruada sub dca pœna.addetes q si cotigerit q aliqs unus duo uel
plures ex dictis uicinis siue alterius cuiuscuq; dcos puteos imunditiis reple
ret q tuc replete pdci teneant & debeat suis ppriis suptibus & expensis
expurgare seu expurgari & euacuari facere dcos puteos & no alii uicini
sub pœna.xxv lib.exigenda modo supradicto: & nihilominus ad dicta
expurgatione teneant. Declarates qd hoies cotratarum hutes puteos in p-
priis domibus p ipsorum usibus q no utunt aq putei cotratæ no teneant ad
expesas remudatiois putei cotratæ: nec ad expensas repationu & refectio
num ipsius ut supra. Et pns statutu militet: & locu heat in futuru ac et se
extedat & opet p tepus pteritu ab annis sex & citra.

De uiis uicinalibus aptandis. Cap.LVIII.

Tatuimus q uiæ uiciales p eos ad quos spectat debeat reaptari &
capitaneus uiarum ad denuciatione cuiuslibet pdcorum uicinorum eas
reaptari faciat a couicinis seu psortibus dcarum uiarum: sub pea.x.so.

Quod quicuq; fecerit fossatu ad eius possessionem debeat uicini ita
facere q aqua ex eo libere labi possit. Cap. LIX.

Tatuimus & ordinamus q quicuq; fecerit seu fieri fecerit fossa
tum aliquod in aliqua sua possessione teneant illi qui hnt pos-
sessiones inferius iuxta eos qui primo fecerunt eorum fossata
facere ita q possint libere labi aquæ ne cursus aquarum impediat. Et q
contrafecerit condemnetur in.xl.soli.uice qualibet & nihilominus te-
neat facere dictu fossatu seu fieri facere. Et q oia fossata quarucuq; pos
sessionu si aliter determinata non apparent p instrumenta uel terminos
manifestos aut pacifice sint possessa per.xxx.annos salte intelligant & p
sumantur esse & sint eius ex cuius parte uidetur terra proiecta & magis
eleuata: & si non uideretur aperte ex cuius parte terra proiecta fuerit te-
neantur illi inter quos contentio fossati existeret eligere duos bonos ui
ros qui sciant loca & dicant ex cuius parte uidet terra proiecta fuisse: & fos
satum sit illius cui cum iurameto ipsi adiudicabunt. & si fossatum alicu
ius impleretur in totum uel in ptem liceat illi ex cuius parte uidet terra
proiecta siue grippus remundare: uerum si aliqd fossatu eet iter aliquos ui
cinos coe et uicinus hns fossatu coe secu uoluerit illud facere seu remu
dare & alius uicinus ad illud secu faciendu seu remudandu coiter requi
situs facere seu remundare cessauerit ipsum tuc facere & remundare pos
sit fossatum ipsum uicinus requirens: & liceat ei tota terra ponere & pro
iicere in propria possessione eiusdem de qua requisitioe stetur sacrame-
to requirentis cum uno teste bonæ opinois & famæ.

Quod cursus aquæ pluuialis platearu andronoru fossatoru ac riuo
ru ciuitatis & districtus nullo modo impediatur. Cap. LX.

Tatuimus q cursus aq pluuialis platearu andronoru fossatoru
ac riuoru ciuitatis & districtus Fani nullo mo possint impediri oc
casione alicuius uenditois uel emptois costructois ædificii uel
obstaculi uel quocuq; alio titulo seu ca qn heat libere & expedite & hre
debeat cursu suu rectu & liberu i medio uiaru sicut de iure & cosuetudi-
ne ee debet pena & bano cotrafaciti p quolibet & qualibet uice.x.lib.
den. & nihilominus cursum prædictu expeditu tenere cogatur.

Quod oes & singulæ uiæ districtus Fani debeant affossatari ex utra
q parte & per quos. Cap. LXI.

Tatuimus & ordinamus q oes singulæ uiæ districtus Fani de
qbus in statutis fca est metio spetialis uel non e facta debeant
affossatari ex utraq; parte earum per omnes & singulos homi-
nes habentes possessiones iuxta eas & teneantur & debeant terram

HAYKOВА БИБЛИОТЕКА ОНЛАЙН
ИНСТИТУТ ИМЕНИ М.И.ТИМИКОВА

defossatis eorum saltem pro medietate proiicere & proiici facere in medio dictæ uiæ si opus fuerit & per capitaneum uiarum sibi fuerit iniunctum. Et q̃ omnes & singulæ uiæ cõis publicæ sint & eẽ debeant & manuteneri ãplæ & latæ ac expeditæ: Ita & taliter q̃ curr9 birotii caricati ire & libere duci possint per eas sine aliquo impedimento/pena.x.libr. pro quolibet &qualibet uice applicanda ut in statutis. Et ubi esset necesse dictas uias & passus aptari aptentur per hntes possessiones supra ipsas & ipsis uiis utentes. Et ad p̃dicta oia & singula effectui demandanda qlibet possit cogi & debeat tam p̃cise q̃ aliis remediis opportunis.

¶Quod nullus audeat cõtrahere matrimoniũ sine præsentia propinquorum sponsæ. Cap. LXII.

Vm tam spiritualia q̃ personalia & realia pericula sæpe cõtigerint & contingunt ex matrimoniorum contractu clandestino tam p̃teritorum q̃ p̃ntium expimenta temporũ satis manifeste declarant prouide sctõrum decreta & canonice sanctiones talibus contractibus inhibendis obuiare uolentes eosdem fieri districte prohibent et incõtrarium p̃sumentes puniri decernunt. Verum cũ non obstãtib9 huiusmodi prohibitionibus nonnullæ p̃sonæ tanta temeritate ducãtur q̃ nõ solũ paucis: sed interdũ nullis p̃ntibus uel consciis matrimonia ẽt interdũ illegitima contrahere nõ uerentur. Nos igit̃ uolentes aiarum piculis ac scandalis quæ inde oriri assolent q̃tum cũ deo possumus obuiare. Statuimus decernimus & ordinam9 q̃ quæcũq̃ p̃sona siue uir siue mulier seu uirgo p̃ sumpserit matrimoniũ absq̃ reqsitiõe & cõsciẽtia p̃ris si patrẽ habuerit seu aliorũ ꝓximorũ ascẽdẽtiũ si ascendẽtes hũerit & eis deficientibus saltẽ duorũ ꝓximoꝝ cõsanguineorũ utriusq̃ cõtrahentiũ si hmõi cõsanguinei repiri possint in ciuitate uel diocesi seu districtu Fani/Vel ipsis consanguineis deficiẽtibus tutor seu curator cõtrahẽtiũ p̃dictoꝝ si existent/ seu alias sine p̃ntia q̃nq̃ uel pluriũ fidedignorũ testiũ adhibito ẽt notario q de cõtractu matrimonii cõficiat publicũ instrumẽtũ / in ducẽtis libris deñ. quilibet cõtrafaciens uice q̃libet cõdẽnet̃. Et quelibet p̃sona aliter contrahens teneat̃ denũciare dño potestati Fani uel eius officialibus. Et ipsa p̃sona denuncians habeat tertiã partem dictæ penæ & cõdẽnatiõis. ¶Et q̃cũq̃ uir cõiugat9 uel mulier cõiugata matrimoniũ de facto cõtrahere p̃sumpserit simili pena pecũiaria uel maiori reali uel personali arbitrio dñi potestatis qui ꝓ tpe fuerit & p̃sonarũ cõditione & facti q̃litate pensatis puniat̃ & cõdẽnetur. Et denũtiator quilibet habeat tertiam partẽ penæ. ¶Et ĩ casibus supradictis nõ teneantur pater seu alii parentes fœminæ q̃ matrimoniũ cõtraxerit sine

requisitione seu conscientia eorũ contra formam p̃ntis statuti ad ipsam dotandam. Sed uir illam accipiens contra formam p̃ntis statuti acceptã uxorem dotare teneatur de suo proprio inspecta conditione personæ, put̃ & sicut ipsius feminæ acceptæ pater seu ascendẽtes tenerẽtur si de eorum conscientia contractum fuisset matrimonium antedictum. Et si dictum matrimonium dicto modo contractum solutum fuerit per mortem mulieris sine liberis eiusdem matrimonii decedentis dicta dos omnino redire debeat ad heredes ipsi9 mulieris: Et nullo modo ad dictum maritum non obstante pacto dotali statuto consuetudine cõtractu seu ultima uoluntate quæ fierent per ipsam mulierem in contrariũ faciẽtibus. Et p̃dicta oia & singula contenta in hoc statuto potestas teneatur obseruare & obseruari facere simpliciter & de plano & sine strepitu & figura iudicii & etiam de per se & ex suo officio sub pena ducentarum librarum de suo salario rerinendarum. Nota potas

¶De uestibus & ornamentis mulierũ & de donariis ꝓhibitis tempore nuptiarum. Cap. LXIII.

Tatuimus & firmiter ordinam9 q̃ nulla mulier de ciuitate & comitatu uel districtu Fani audeat uel p̃sumat habẽ ad suum usũ ultra duas uestes festiuas quarũ una possit eẽ pãni sirici dũtaxat seu scarlacti rosati uel pãni granæ: Alia uero uestis sit & eẽ possit alterius panni qui non sit de grana sed sit alterius panni gentilis. Declarãtes q̃ nullus dare possit simul & semel uxori seu spõsæ pãnum granæ siue scarlactum & pannum sirici: nec dare possit ultra duas uestes ut superius dictum est: neq̃ possint dari dñab9 neq̃ portari unq̃ ualeãt p dñas uestes aliquæ panni deaurati: nec possint portare supra dorsum uel ĩ capite ornamenta aurea uel argentea uel de perlis: uel alicuius alterius generis in totũ ualoris ultra uiginti ducatorum sub pena & bamno cuilibet portanti uestes seu ornamenta contra formam p̃ntis statuti decẽ ducatorum pro qualibet ueste & qualibet uice de dotibus earum applicãdorum cõi Fani: nec dent̃ neq̃ dari possint tpe nuptiarũ a parte mulieris uel parentibus eius causa donationis Cofani bronzi bacilia siue aliqua donaria panni lini uel alterius maneriei uiro uel parti eius: & e conuerso a parte uiri uel partibus eius uxori uel parti eius sub pena cuilibet contrafacienti decem ducatorum auri uice qualibet. Et habeat locũ præsens statutum de fiendis dumtaxat.

¶De modo & forma uestium mulierum. Cap. LXIIII.

Tatuimus & ordinamus q̃ mulieres non audeant neq̃ præsumant portare uestes longas cum cauda per terram. sed portent

HAYKOBA BIBLIOTEKA ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

tũ uestes lõgas usq; ad terram: Nec manicas latitudinis a parte anterio-
ri ultra quattuor spannas circũcirca ad spannas passi panni lanæ: Neq;
possint portare pannos foderatos uario: Neq; possint portare aliquod
iocale siue aliquod aliud ornamentum ad collum uel ad pectus sub pe
na & bãno in quolibet casuum prædictorum uiginti librarum denario.
cuilibet dominæ in prædictis contrafaciẽti expensis mulieris & dotium
suarum. A prædictis autem excipimus uxores militum & doctorum q-
bus licitum sit uarium: ioalia & ornamenta portare pro libito uolunta
tis. Et uestes quattuor habere pro singula ipsarum sine cauda tamen.

¶ De conuiuio nuptiali. Cap. LXV.

Tatuimus & ordinamus ꝙ tempore nuptiarum de mane ĩ do
mo spõsæ haberi non possit in cõuiuio ultra decem dominas
ex utraq; parte tam sponsi q̃ spõsæ. Et die pria de sero qua spõ
sa ducetur ad domum uiri non possit uir habere in conuiuio ultra duo
decim dominas computatis dominabus accedentibus cum sponsa ad
uiri domũ quæ tamen accedentes non possint esse ultra sex non compu
tatis attinentibus eius qui uxorem ducit. Secunda uero die de mãe pos-
sit fieri conuiuiũ pro hominibus attinentibus sponsæ in quo non pos-
sint interesse ex utraq; parte tam sponsi q̃ spõse ultra q̃ decem homines
& quattuordecim dominæ. Et non possint dari in dictis conuiuiis nisi
tres imbandigiones seu uitandæ sub pena cuilibet contrafacienti in præ
dictis & quolibet predictorum pro qualibet domina & uiro & qualibet
imbandigione seu uitanda centum solid. Et in prædictis non intelligá-
tur computari seruitores nec comitatiui accedentes dicta die cũ enseniis
dumtaxat ad domum sponsi uel sponsæ. Et prædicta seruentur i ciuita-
te dumtaxat. Et super prædictis contentis in supradictis omnibus statu
tis teneatur potestas per eius socium militem facere inquiri uel eius aliũ
officialem: et contrafacientes de facto & sine processu punire & dictas
penas in cõmuni facere deuenire sub pena dcõ potestati in predictis ne
gligenti uice qualibet decem lib. deñ. de facto de eius salario auferẽda.
Et teneantur arbitri contratarum denunciare dicto potestati diebus p̃-
dictis nuptialibus de mane bona hora omnes & singulos facientes nu-
ptias & conuiuia supradicta in contratis eorum sub pena. x. solid. ꝓ qua
libet uice. Et teneatur potestas per suos officiales ut superius dcm̃ est ea
dem die qua sibi denunciatũ fuerit sine mora mittere ad loca prædicta
ad pquirendum de supradictis sub pena prædicta.

¶ Q uod sartores non suant nec faciant uestimenta contra formam
statutorum præsentium. Cap. LXVI.

Tatuimus ꝙ nullus sartor cuiuscunq; conditionis sit terrigẽa
uel forensis audeat uel p̃sumat quoquomodo incidere uel fa-
cere pannos seu uestes pro aliqua muliere cuiuscũq; conditio-
nis existat qui uel quæ sint maiores longitudinis superius declaratæ: uel
aliter ornati seu ornatæ q̃ superius sit expressum. Et aurifices nulla orna
menta supra prohibita ad dictas uestes audeant uel p̃sumant facere uel
apponere. Et dominus potestas qui nunc est & qui per tẽpora fuerit te-
neatur & debeat infra decem dies post introitum sui regiminis facere iu
rare sacramento nouo omnes sartores & aurifices ciuitatis & districtus
Fani ꝙ prædicta omnia & singula faciant & debeant obseruare & ꝙ nõ
facient contra ea. Et nihilominus si contrafacerent uel uenirent contra
teneatur dominus potestas Fani condemnare quemlibet qui contrafa-
ceret pro qualibet uice in decem libris deñ. Et in predictis casib⁹ & quo
libet prædictorum quilibet possit accusare & denunciare contrafaciẽtes
Et incredentia si uoluerit teneatur et habeat medietatem condemna-
tionis. Et ut prædicta magis & melius obseruentur ordinamus ꝙ pote-
stas qui nunc est & alii qui per tpa fuerint teneant & debeant indissolu
bili iuramento prædicta omnia & singula facere ab omnibus inuiolabi
liter obseruari. Et si potestas tam qui nunc est q̃ alii qui p tempora fue-
rint prædicta omnia & singula non fecerint ut dictum est condemnẽt
& pro condemnatis habeant cõi Fani ipso facto de suo salario in quin-
quaginta lib. deñ. quas ad petitionem cuiuslibet denunciantis deposita
rius tenere debeat. Et potestas qui nũc est & qui per tpa fuerit teneatur
& debeat indissolubili sacramento facere diligenter proclamare & in ci-
uitate Fani perquirere per suum socium militem seu alium eius officia
lem ad prædicationes & ecclesias in festis solemnibus omni mẽse bis ad
minus de illis dñabus & mulieribus quæ contra prædicta facerent uel
ea omnia non obseruarent. Et siquas contrafacientes iuenerint illas pu
nire & cõdẽnare infra quinq; dies postq̃ inuentæ fuerint & condemna-
tiones exigere infra decem dies postquam fuerint cõdemnate. & domi
nus potestas uel aliquis alius non possit nec debeat dare licentiam ali-
cui contra prædicta uel aliquod prædictorum. Et hoc capitulũ totũ in-
qualibet parte sui sit præcisum & p̃cise debeat obseruari adeo ꝙ nõ pos-
sit infirmari uel mutari interpretari corrigi seu emẽdari & ei nullus alius
intellectus dari q̃ sicut littera plene iacet.

¶ Q uod nullus faciat plantũ tpe alicui⁹ funeris. Cap. LXVII.

Tatuimus & ordinamus ꝙ aliqua persona ciuitatis uel distri-
ctus Fani seu ibidem habitans non audeat uel præsumat extra

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

domum etiam in ecclesia plantum facere uel lamentum cum clamore tempore funeris alicuius defuncti ita ꝙ audiatur uel clamare seu percutere manus ad inuicem uel accipere sibi aliquid de capite causa scapilian di se. Et qui contrafecerit per dñm potestatem uel suũ iudicem in lib. decem pro quolibet & qualibet uice condemnetur.

¶ Q uod mulieres defunctorũ non uadant ad ecclesiã. Cap. LXVIII.

Tatuimus & ordinamus ꝙ feminæ illorũ seu illius cui⁹ erit defunctus non audeãt nec ꝓsumãt per se nec cũ aliis mulierib⁹ tẽpore quo defunctus de domo extrahitur ire ad ecclesiam in ea die q̃ defũctus sepultus fuerit nec ab eadem die usq; ad annũ cõpletum plorãdo nec cã faciẽdi septias & tricesimas cẽtesimas & annuale nec aliqua alia de causa occasione corruptus faciendi nisi occasione audiendi missas & alia diuina officia. Et quæ contrafecerint cõdẽnent p dñm potestatẽ in decẽ lib. deñ. pro qualibet & qualibet uice. Ad quã cõdẽnationem soluendam de propriis dotibus teneantur.

¶ Q uod postq̃ mortuus fuerit sepultus homines & mulieres inconti nenti recedant. Cap. LXIX.

Tatuimus & ordinamus ꝙ postq̃ mortuus uel mortua fuerit sepultus uel sepulta oẽs mulieres & omnes homines congregati ipsa de cã debeãt incõtinẽti secedere a domo mortui uel ab ecclesia funeris mortui uel mortuæ & ad ipsam domũ uel ecclesiam causa ꝓmissa non redire ab ipsa hora inantea nec causa comedendi nec alia cãdi fũeris exceptis quattuor hoibus & quattuor mulieribus proximioribus & magis coniunctis ei cuius fuerit funus siue defunctus quibus liceat associare predictos appositos in luctu ad domũ habitatiõis eorum tm̃. Decernẽtes ꝙ nullus audeat uel ꝓsumat tpe funeris postq̃ homines fuerint reuersi ad domũ defũcti fieri facere sermões uel dicirias aliquas per aliquos religiosos uel alios: sed immediate hoibus reuersis ad domũ defuncti statim recepto comiatu ab heredibus defuncti uel ab alio eorũ parte qui breuissimis uerbis & uulgari sermone regratietur astantib⁹ cũ comiatu recedere teneantur. Et qui uel quæ contrafecerit p dñm potestatem uel eius iudicem in decem lib. deñ. pro quolibet & qualibet uice condemnetur & mulieres prædictam penam de suis propriis dotibus soluere teneantur.

¶ De cadaueribus defunctorũ portãdis reclusis ad sepulturã. Cap. lxx.

Ro euidenti utilitate & cõseruatione boni aeris & ad euitandas corruptelas quæ plærũq; ex putredine corporũ defunctorum insurgunt Statuimus & ordinamus ꝙ corpora defũctorũ

quorũcũq; tã masculorũ q̃ feminarũ dũ portantur ad sepulturã debeãt portari reclusa in lecto mortorio itaq; exalare non possint sub pena cuilibet contrafacienti uice qualibet uiginti soli. & ut prædcã possint & ualeant obseruari Statuimus & ordinamus ꝙ infra duos menses a publicatõe pũtium statutorũ quelibet schola seu fraternitas & homines eiusdẽ teneãtur p ista prima uice & principio pũtis reformatiõis & obseruationis fieri facere unum lectum mortorium clausum ad modum capsæ i quo corpora mortuorum & defunctorum ad sepulchra deferãtur & deferri debeant. Q uos lectos prædictæ scholæ seu fraternitates habere & conseruare teneãtur ad usum prædictum pena decem libr. pro qualibet & qualibet uice qua fuerit contrafactum.

lectus mortorius

¶ De mõ & ordie seruãdo circa expẽsas funeris & sepulturæ. Ca. lxxi.

Tatuimus & firmiter ordinamus ꝙ tpe alicuius funeris seu sepulturæ alicuius defuncti nullus possit ad dictũ funus portare uel portari facere ultra quattuor duplerios de cera ultra duplerios scholarum seu fraternitatum nisi eẽt nobilis uel graduat⁹ cui liceat habere sex duplerios cæræ tantum & nõ possit aliquis ex dictis dupleris esse maioris ponderis quattuor lib. cæræ. Et ꝙ nullus audeat uel præsumat quouis quesito colore dare aut dari facere seu permittere infrascriptis ad funus accedentibus candelas & ceram ultra modum numerum & ordinem infrascriptum uidelicet.

Præsbyteris secularibus & fratribus cuiuscũq; ordinis præsbyteris tamẽ exceptis infrascriptis ultra octo candelas pro quolibet.

Magistris in sacra pagina uicariis dñi ep̃i & ꝓpositis ultra sexdeci cãdelas

Canonicis lectoribus seu prædicatoribus bachalariis Guardiãis seu prioribus ultra duodecim cãdelas.

Et præsbyteris parochialibus dentur candelæ duplicatæ.

Portantibus uero cadauer ad ecclesiam dẽtur candelæ duplicatæ ꝓ quolibet in casibus prædictis

Diaconis ultra sex candelas.

Subdiaconis ultra quattuor candelas.

Aliis autem scolaribus siue pueris præsbyterorum siue fratrum ad fun⁹ accedentibus ultra unam candelam pro quolibet.

Portantibus cruces ultra sex candelas pro quolibet.

Portantibus cereos seu duplerios ultra unã candelã pro quolibet cereo.

Bactilotis scholarũ ultra duas candelas pro quolibet.

Cuilibet scholæ ad funus accedẽti cũ dupleriis ultra. xl. candelas. &

Scholæ lectũ mortoriũ deferenti ultra unã librã candelarum.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY IMENI V. MELNYKOBA

Reuerendo pri dño epo ultra libram unã cũ dimidia ceræ i uno duplerio qñ accedat ad ecclesiam: si aũt nõ accederet tm̃ habeat cãdelas.xxiiii. Dño Abbati ultra unam libram cum dimidia cæræ in uno cereo.

Et pro campanæ pulsatione episcopatus bonoñ.octo.

Et sint & esse debeant candelæ in omnibus casibus supradictis a lv.cãdelis usq; ad.lx.pro q̃libet libra & nõ minoris numeri.lv.neq; maioris.lx.

¶Item statuimus mandamus & ordinamus q̃ quælibet schola seu fraternitas habeat & habere debeat unum mandatarium hominem legalẽ & bonæ conditionis et famæ. Cuius officium sit & esse debeat dandi & distribuendi candelas modo numero & ordine suprascriptis. Et q̃ mandatarius eius scholæ seu fraternitatis quæ tulerit lectũ mortorium ad cadauer portandum sit ille qui habeat dare & distribuere candelas modo prædicto. Et habeat & hr̃e debeat pro sua mercede cãdelas decem & nõ ultra pœna cuilibet scholæ seu fraternitati dictum mandatarium non habenti & prædicta non obseruanti decem lib.deñ.de facto exigenda p dominum potestatẽ a iudice seu priore dictæ scholæ. Et nullus audeat uel præsumat aliquas expensas de cera facere i choro uel alio quouis loco uel modo tempore alicuius funeris ultra ordinem modum & numerum prætaxatos sub pœna centum librarum deñ.pro quolibet cõtrafaciente & qualibet uice & quolibet capitulo prædictorum nisi sit Miles doctor: comes seu officialis uel de numero consilii specialis.

¶Item statuimus q̃ si contingat aliquem uel aliquam mori cui succedat aliquis minor.xx.annorum non possit ille talis successor seu heres i duere seu indui facere suis sumptibus occasiõe funeris aliquem qui nõ sit de ascendentibus uel descendentibus defũcti seu defunctæ qui habitarent in eadem domo ad unam mensam & expensam cum ipso defuncto tẽpore suæ uitæ nisi sit maritus uel uxor defuncti pœna.x.lib̃. deñ. pro qualibet ueste contra formam præsentis statuti facta.

¶Quod arbitri contratarum teneant denunciare potestati uel eius officialibus defunctos in eorum contratis. Cap. LXXII.

Statuimus & ordinamus q̃ arbitri contratarũ teneantur & debeant: ut supradicta statuta possint melius obseruari: denũciare potestati Fani omnes & singulos defunctos in eorum contratis ea die qua moriuntur seu anteq̃ portentur ad sepulturam ut potestas mittere possit officiales suos ad perquirendum de contrafacientibus contra formam præsentium statutorum. Et teneatur & debeat potestas illicò antequam corpus portetur ad sepulturam mittere eius sociũ militem uel alium eius officialem: qui officialis teneatur & debeat per-

quirere & contrafacientes punire secundum formam statutorum & pœnas exigere & facere deuenire i cõi pœna ipsi potestati si fuerit negligẽs in prædictis decem lib.pro quolibet & qualibet uice.

¶De mensuris Grani uini Oliuarum & calcis retinendis modo & forma infrascriptis bullatis bulla cõmunis & domini potestatis q̃ pro tempore fuerit. Cap. LXXIII.

Tatuimus & ordinamus & de cœtero obseruari mandamus q̃ nullus de ciuitate uel comitatu Fani audeat uel præsumat retinere aliquam mensuram ex infrascriptis mensuris ad obuiãdũ fraudibus nisi modo & forma infra dicendis uidelicet q̃ quælibet mẽsura dictarum mensurarum sit facta & composita de lignis lõgitudinis & latitudinis prout sunt mẽsuræ lapideæ cõis Fani existentes sub porticu palatii cõis Fani. Et quod medrum olei sit ponderis quinquaginta lib.ad rationem uigintiduarum unciarum pro qualibet libra quæ ascẽdunt ad libram fanensem de.xii.unciis ad libras nonagintaunam & uncias octo. Et quartarolus sit ponderis quartæ partis dicti medri & nõ minoris. Et similiter barile sit conformis ad mẽsuram lapideam consuetã uigintiquattuor quartarum scilicet bocalium & non minoris mensuræ & quilibet debeat retinere dictas mensuras eo modo & forma bullatas bulla uidelicet cõis & domini potestatis. Et siquis repertus fuerit per officiales dñi potestatis aliter q̃ supra dicitur hr̃e mensuras incidat in pœnam uiginti solid.deñ.cõi fani applicãdorum. & si mẽsuræ prædictæ repertæ fuerint nõ iustæ repertus incidat i pœnam decem lib.ut supra applicandarum. Et potestas q̃ pro tpe fuerit in principio sui officii teneatur bãniri facere & de p̃dictis inqrere & inqri facere & siqs reptꝰ fuerit culpabilis de p̃dictis uel aliquo prædictorum cõpellatur per dictũ dñm potestatem & eius officiales ad soluendũ dictã penã de facto absq; aliq̃ solẽnitate iuris totiens quotiens fuerit repertus absq; aliqua diminutione. Et potestas qui pro tempore fuerit teneatur prædicta facere obseruari sub uinculo iuramẽti & pœna periurii. et si negligens fuerit perdat de suo salario uigintiquinq; lib.deñ.cõmuni Fani applicandas. Et nihilominus sit periurus. Et quilibet possit accusare & denunciare & teneatur secretꝰ habiturus quartam partem condemnatiõis dicti bamni. Et hoc statutum sit præcisum de quo non peti possit absolutio neq; dari. Et habeat locum in præteritis pendentibus & futuris.

¶De uegetibus quæ dãtur ad naulum & canipis. Cap. LXXIIII.

Tatuimus & ordinamꝰ q̃ omnes & singulæ uegetes & uascelli qui & quæ dantur ad pensionem & conducuntur pro uno

anno intelligantur conducti per totum mensem augusti ultimi dci anni. Et per totum dictum mensem debeant euacuari a cōducētibus & reportari ad domum uel canipam locatoris si & quando fuerint inde extracti. Et si non euacuarent & reportarent in dicto mense ut dictum ē intelligantur esse conducti locatore uolente pro sequenti anno ad rationem nauli primi anni quo conductæ fuerint dictæ uegetes & uascelli & pluris prout cōiter locarentur illo anno sequenti. & idem obseruetur si fuerint conducti pro minori tpe ut transacto tempore locationis reconducti intelligantur pro toto anno sequenti ut supra addendo prætiū nauli pro anno toto ad ratam tpis locatiōis antefactæ nisi pluri locarent ut supra. & ꝙ naulum uegetis & uascelli de quo fuerit cōuentum soluatur a conducente locatori i festo natiuitatis dñi & primo si primo fuerint euacuati & cum fuerint euacuati libere remaneāt locatori uasis ipsis existentibus in domo uel canipa locatoris. Si uero in domo cōductoris intelligantur conducti pro toto mense augusti ut supra. Et canipæ intelligantur esse reconductæ pro alio anno si non fuerint euacuatæ per totum mensem augusti. Et idem obseruetur pro conducentibus loca in canipis ad uegetes retinendum. Et teneantur dñi locantes uasa uinaria in canipis eorum de periculo effusionis uini eueniētis defectu locatorum uasorum usq; ad natiuitatem dñi & non ultra. & teneant dominī uasorum de damno raucoris uel mucoris uel alterius mali saporis quod contigerit uino occasione uasorum locatorum.

uegetis soluatur i natiuitate

uasorum tenetur de malo sapore

¶ De naulo domorum & stationum. Cap. lxxv.

Tatuimus & ordinamus ꝙ conducentes domos ad naulū uel pensionem teneant soluere pensionem soluendo medietatem i medio termini locatiōis & aliā medietatē in fine dci termini si locatio fiat p annū uel ifra. & si locatio fieret ꝑ maiori tpe āni reducatur ad rōnem anni ut finito semestri soluatur medietas pensiōis primi anni. & i fine alteri⁹ semestris soluat alia medietas & sic solutio fiat successiue ꝑ aliis sequētibus ānis & ēt ꝑ rata. & teneant locātes domos seu stationes p̄dicere inqlinis & cōductoribus ipsarū p duos uel tres menses aū finē termini eorū intentionē circa refirmationē cōductæ uel ipsi⁹ recusationē. & similiter inq̄tū cōductores nollent stare in dictis domibus si uestatiōibus p̄dicere teneant p duos mēses aū finē tpis dñis possessoribus & lacatorib⁹ ip̄arū: alias itelligant locatæ & recōductæ ꝑ āno sequēti ꝑ eadē pensiōe anni p̄teriti uel eius rata si pro minori tpe anni prius fuerāt locatæ: adiiciētes ēt ꝙ dom⁹ recōducta similiter itelligat quotiēs cūq; in fine tpis pensio soluta nō fuerit & clauis dño restituta.

¶ De salariis famulorū & nutricum siue bailarum & aliis mercenariis. Cap. LXXVI.

Tatuimus & ordinamus ꝙ bailæ seu nutrices & ceteri seruitores & famuli non possint neq; debeant petere neq; exigere aliquid ratione salarii uel mercedis post sex mēses elapsos postq̄ discesserint a dño seu baila puerum restituerit. & idem obseruetur i magistris mercēnariis & laboratoribus postq̄ laboreriū cōpleuerint & mercedem & salarium meruerint: post quē terminū in oibus casibus supradictis in hoc statuto contentis ius aliquod nō reddatur si debitor assertus iurauerit satisfecisse & soluisse. & si dicti mercenarii steterint per sex menses post mortem dominorū seu conductorum ꝙ non petierint eorum mercedem tunc intelligantur esse soluti & satisfacti & amplius aliquid petere non possint contra defunctorum heredes.

¶ De sacchis uāghis sappis & aliis similibus q̄ dāt ad naulū. Ca. lxxvii.

Tatuimus & ordinamus ꝙ dantes sacchos ad naulū siue ad pēsionem non possint pro saccho aliquo ad pensionē dato pensionē petere pro maiori tpe ꝙ pro uno mense si ante dictū tp̄s cōductor sacchos uel sacchū nō restituerit pro quo mēse dūtaxat teneat ꝑ pensione dicti sacchi qui illū conduxerit & sacchū restituere teneatur uel eius æstimationem sacramēto locantis faciēdā. Et prædicta locū habeant ubi de maiori tpe conuentum non fuerit & idem intelligatur de uanghis sappis & aliis instrumentis similibus.

¶ De ronzenis dandis ad uecturam. Cap. lxxviii.

Tatuimus & ordinamus ꝙ omnes & singuli ronzeni qui dant ad uecturam debeant æstimari i cōe per duos marescalchos ad prædicta deputatos quorū æstimationi stetur. Q uam æstimationem unus ex notariis Fani scribere teneatur i suis rogitis. & ꝙ oēs & singuli tenentes ronzenos ad uecturam teneātur & debeant singulis annis eorum ronzēos facere æstimari per duos marescalchos per dñm potestatem deputandos. Et conducentes ronzenos ad uecturam teneantur eo casu quo eorum defectu equus periret ad æstimationem prædictam & non teneantur pro uectura dicti ronzeni ad uecturam conducti postquam locatoribus casum denunciauerint nisi usq; ad tempus quo equus periit ut supra.

¶ De longitudine lignorum quæ uenduntur i platea cōis. Cap. lxxix.

Tatuimus & ordinamus ꝙ uendentes ligna ad salmas in ciuitate Fani teneantur & debeant uendere ligna lōgitudinis triū pedum ad assagiū cōmunis quod est in muro palatii domini

HAYKOВЕ ВІДДІЛЕННЯ ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

